BIBLIOTECA ... EMANUELE
4 C
43
M
Digitized by Google

13.4 l 43

I

MA...

Digitized by Google

IVLII FERRETTI

RAVENNATIS, I. V. D. EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De Iure, & Re Nauali.

ET DE IPSIVS REI NAVALIS, ET BELLI AQVATICI PRÆCEPTIS LEGITIMIS, LIBER.

Ad Inclytum, fœlicem, fortunatum, & Inuictiſſ. Dominum, D. CAROLVM V. de Auſtria Catholicorum Imp. Coronatum, & ſemper Auguſtum.

CVM PRIVILEGIIS.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem, 1579.

13-4-C-43

IVLII FERRETTI

RAVENNATIS. I. V. D.
EQVITIS, ET COMITIS
LATERANENSIS
PALATII.

De Iure, & Re Navali.

ET DE IPSIVS REI NAVALIS,
ET BELLI AQVATICI PRAECEPTIS
LEGITIMIS, LIBRI.

Ad Inclytum, fœlicem, fortunatum, & Inuictiſs. Dominum,
D. CAROLVM V. de Auſtria Catholicorum
Imp. Coronatum, & ſemper Auguſtum.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem, 1579.

134 C 43

POTENTISSIMO, ET CATHOLICO CASTELLAE ARAGONVM, vtriuſque Siciliæ &c.

Regi Philippo, ac noui Orbis Auguſtiſsimo Imperatori.

Exuperantius Ferrettus Rauennas S.

VTRVM nè Iulius Ferrettus Pater meus, Sacra Regia & Catholica Maieſtas, in hoc opere De Re Nauali conſcribẽdo felicior fuerit, an ego idem opus dedicando, hactenus quid eligendum ignoro. Altera enim ex parte mihi occurrit ſumma Inuictiſsimi Caroli Imperatoris ſemper Auguſti Maieſtas, rerum omni tempore geſtarum gloria in maximũ

culmen euecta: cui, qui ſuarum lucubrationum ſtudiorumque vigilias, & labores dicaret, is videretur ſummum attigiſſe gradum, nihilque efficere potuiſſe honorificentius. Hoc conſilio Iulij Patris mei animus excitatus, Caroli V. Imperatoris ter maximi obſequijs ſe conſtrinxit, & ille Sapientiſsimus Romanorum Imperator ſua opera vtens, nonnullis Hirpinorum Apuliæ ac Samnij Prouincijs vt ius diceret, præfecit. Dumque eam obiret præfecturam, animo & ſcriptis ſe totum, ſecundum Deum, illi conſecrauit; cœpitque ſcribere de re nauali ad Imperatorem, quem propediem magna geſturum mari inhiabat, & confidebat. Cæterum, vtrique ab hac vita excedentes, ſpes, fiducia, breuitas Patrem meum fefellit. At quanquam rapitur & migrat, opus ſuo ingenio ac ſtudio doctè excultum, gnato & hæredi, perinde ac mea excuderetur opera, remanſit. Ob hoc ipſe mihi magis felix videor, cũ ſapientiſsimo, & inuictiſsimo Regi illud dedicare ſorte contigerit. Regi, inquam, fidei clypeo, cõſeruatori, cultorique religioſiſsimo. Regi, qui Mauros compreſsit, ac deuicit hoſtium copias. Et (multis omiſsis) Regi, qui eam conſecutus fuit victoriam tanta virtute, tantaque felicitate,

vt

vt Turcarum claſſe diſiecta, & eorum corpora vaſti gurgitis obruta, nunquam ab orbe condito vllam huius ſimilem contigiſſe nuſquam proditum ſit. Profectò quę Pater meus Carolo V. euenire, & eum efficere optabat, de tua Maieſtate tã Sapientiſsimi Imperatoris filio, viſum fuit augurari ac præſagire his ad eum ſcribendis, quæ tu ſolido virtutis penicillo, & ſempiternis veræ gloriæ coloribus expreſsiſti: ſic vt quemadmodum in eius vi ſeminaria tum concludebare, ita in hoc opere vim & ſpeciem huius tuæ victoriæ ac virtutis, eodem tempore Pater meus incluſerit. Quod cùm ita ſit, iure tibi is à me liber de re nauali, dicatur; non ea quidem de cauſa, vt te doceat, aut inſtruat; quid enim ſtultius quàm eum de re nauali docere, qui armis, ſtrenuis Ducibus atque excelſa poteſtate nudius tertius, inaudita hactenus victoriæ laudæ, bello nauali ad Ithacam, omnem Turcarum claſſem, militum virtute, numero, victorijsque maximam ac elatam ceperit, demerſerit, atque incenderit? Sed vt hęc (ſi quando dabitur ocium) legens, tuum ſtudium, conſilium, & reipublicæ Eccleſiæque catholicæ conſeruandæ propenſionẽ commemores, ſimulque paternæ tuæ celſitudinis, meæ obſeruan-

ſeruan-

ſeruantiæ clara ſigna fueris conſpicatus, Exuperantium Ferrettum, qui hæc tibi à Patre ſuo conſcripta, ſeque. ipſum dedicat, & addicit, in tuorum habere numero velis, vt qua ratione Pater ampliſsimus Patrem eſt amplexatus, ita prępotens Filius Exuperantium filium non contemnat.

V

[illegible] Petro ſo-
[illegible] & ab illo in
[illegible] Pe-
[illegible]
[illegible] illum non con-
[illegible]

134.9.47

IVLII FERRETTI RAVENNATIS,

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

DE IVRE, ET RE NAVALI,

Liber Primus.

SVMMARIVM.

ACTIO qua nam detur aduerſus Nautas, Caupones, Stabularios, numero 29.

Actiones plures quando competunt, an vna tollatur per aliam, vel pro alia; & an cogatur quis eligere vnam, & illa electa poſſit redire, numero 31. & 35.

Actio furti an detur contra nautas pro ſe, familia, & ſeruis ſuis, numero 36. 37.

Alternatiua ſummarum qualiter intelligatur, numero 104.

Aſſecurationis pactum factum pro aſſecuranda naue an valeat, & ſit licitum, numero 107. & 108.

Cambia an ſint licita, numero 100.

Cauſa quare fuit occupatum Imperium Angelicum, numero 1.

Citatio partis an requiratur quando extra' itur de archiuio ſcriptura, numero 145.

Claui qualiter eſſe debeant pro nauigio, numero 12.

Caſus peruentus in conductorem nauis an liberet eum à mercede, numero 57.
Contributio an fiat pro expenſis factis ad instruendam nauim, numero 114.
Contrahentes an poßint eligere institorem, numero 41.
Contributio qualiter fiat inter dominos nauis, & dominos mercium exiſtentium in nauim, nume: 49.

Debitor promittens ſtare libro creditoris, quomodo intelligatur. numero 71.
Debitor ſoluens debitum tutus præſcriptione an repetere poßit debitum tanquam indebitè ſolutum, numero 81. 82. 83. 84. 85. *&* 90.
Duces Claßium qualiter eſſe debeant, numero 5.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an opponi poßit infra biennium in literis cambij ſi non fuit ſoluta pecunia, ſed confeſſa, numero 102.
Exercitor nauis quando tenetur, numero 30. 38.
Exercitorum nauium heredes qualiter teneantur, prout tenebantur exercitores, numero 39.
Exercitor qui ſit, numero 122.
Exercitores plures nauium qualiter conueniantur, numero 127.
Exercitoria vnde ſit dicta, numero 137.
Exercitus vnde dicatur, numero eodem.
Exercitoria an detur illi, qui mutuauit pecunias magiſtro nauis, numero 129.
Exactor tributorum an teneatur ſeruare iura municipalia, numero 141.

Filiusfamilias quando viuo patre teneatur ad onera, numero 118. 119. *&* 120.
Fiſcus an præferatur cuicunque debitori, vel creditori in exigendo, numero 141.
Fiſcum quis habere dicatur, numero 140.
Fiſcus an poſſit exigere credita ſua ante diem, numero 142.

Hoſpes

Hoſpes quando cogatur hoſpitari, & quando non, numero 21. & 22.

Iura, & Arma qualiter fraterni zent, & ſint conſortia, numero 4.
Inſtitor quare ita nuncupetur, & cuius ſit exercitium, numero 40.
Inſtitoris conditio an ſit curanda. numero 43.
Inſtitoria an detur perpetuò hæredibus, & in hæredes, numero 46.
Inſtitor an obliget dominos ex inſtrumento, & contractu, numero 50.
Impreſtita ſuper Monte pietatis an ſint vſura, & licita vel nò, numero 100. 101.
Intrans nauim inſcio magiſtro nauis, an teneatur ad naulum, numero 130.
Iuramento hoſpitantis an ſit credendum per Iudicem, quòd fuerit ſibi aperta capſa, numero 134.
Libri rationum an ſint edendi nautarum, exercitorum, præpoſitorum, inſtitorum, proſenetarum, vſurariorum, procuratorum, publicanorum, & ipſorum publicanorum, numero 62.
Libris Publicanorum an ſit credendum facto pacto vt illis credatur, numero eodem, & 63.
Libris Publicanorum, qui tempus ſuæ conducta gabellarum finierunt, an ſit credendum, numero 64.
Libris Mercatorum an ſit credendum, numero 65.
Libris Mercatorum an ſit danda fides infra certum tempus, & in tempore pro certa quantitate, ita dictante ſtatuto, numero 66.
Libri negociatorum an ſint edendi, vt libri rationum Mercatorum, numero 68.
Libro Artificis ſe referendo quis, an ipſi ſit credendum, numero 70.
Liber rationum quando contra ſcribentem, & pro tertio probet, numero 70. 71.
Libro priuato an ſit credendum vt inſtrumentum, numero 72.
Libris an detur fides Maſſariorum caſtrorum, & villarum, numero 77.
Libris executorum an ſit credendum, numero 78.

Libris tutorum an credatur, num. 78.
Libris uſurariorum an ſit credendum pro uſuris, numero 79.
Libri illorum qui illos edere tenentur, edere tenentur etiam per illos qui ſunt in poteſtate illorum, qui tenebantur edere illos, numero 126.
Libris Publicanorum an ſit danda fides ſtante pacto, nu. 138. 139.
Libris mercatorum an ſit danda fides, numero 139.
Libro fiſci an ſit credendum, numero 140.
Ligna quænam ſint utilia, & quæ inutilia pro nauigio, numero 8. 9. 10.
Lignum cedri eſt utile pro nauigio, numero 9. 10.
Literæ mercatorum an probent obligationem, numero 91. 92. 93. 94.
Literæ Cambij an valeant, & pareant uſuram, num. 94.
Literæ Cambij iam factæ an reuocari poſſint de iure, numero 94. 95.
Literæ Cambij factæ per mercatorem fallitum, quibus nocere habeant, numero 95. 96.
Literæ Cambij an habeant executionem paratam, nume. 102.
Loca in quibus erant ſoliti Romani tenere Claſſem, num. 2. 3.
Lucrum fi. ijfamilias Doctoris, an ſit Patris, vel filij, num. 123.
Lucrum arbitri, tutoris, & procuratoris publicanorum, & filiorum familias an dicatur aduenticium & ſit patris, num. 124.

Merces, ſeu naulum qualiter accipiatur per nautas, caupones, & ſtabularios, fullones, & ſarcinatores, num. 23. 24. 25.
Magiſter nauis an contrahi poſſit in re, in qua eſt præpoſitus, numero 44.
Magiſter, uel præpoſitus nauis an teneatur de iactu, & ſeu de rebus iactis in mari non ex cauſa leuandæ nauis, ſed aliter, numero 59.
Magiſter nauis an teneatur pro familia, & ſeruis, num. 131.
Mercatores an teneantur edere libros ſuos rationum, num. 67.
Mercator conſignauit capſam, ſeu ballam panni ſigilatam nautæ, ſeu hoſpiti, uel Publicano, & ſeu caupone; & inde reperta eſt aperta, & non ſigilata derobatis mercibus, & ſeu parte panni; an teneantur prædicti? num. 133.

Mulier prægnans, quæ peperit in nauim an teneatur ſoluere naulum pro partu, numero 56.

Nauis quæ nam ſit dicta propriè, & quæ impropriè, nume. 11.

Naues quare fuerunt repertæ, numero 13.

Nauigatio an una dici poteſt ſi aliquis fecerit varia viagia, nu. 14

Nauis onerata cum mercibus vetitis, ſi non applicuerit adhuc ad locum peroptatum, exiſtens in viagio non conſummato actu, ſi fuerit in commiſſum ſtante prohibitione, numero 16. 17. 18.

Nauis, ad cuius ſimilitudinem fuerit inuenta, num. 19.

Nauigantes qualiter ſint priuilegiati & de omni foro, numero 20.

Nauta quando cogitur nauigare, & quando non cogi poſſit, numero 21. 22.

Nauta, & exercitor qualiter vnus pro alio ponatur, num. 30.

Nautæ, Caupones, & Stabularij quando tenentur de leuiſſima culpa, numero 33.

Nauta, qua conueniatur actione num. 34. ibidem.

Nauis, magiſtri plures, qualiter teneantur non diuiſis officijs, nu. 42

Nauis magiſter, ſeu exercitor an obliget dominum ex omni facto, numero 48.

Nauta, Caupo, aut ſtabularius, qui intranti nauim, Caupona, aut ſtabulo dedit clauem ciſtæ, ſeu cameræ, vt res ſuas reconderet, an teneantur de furto, num. 132.

Nautæ, Caupones, ſtabularij qualiter ipſo iure obligentur, num. 135.

Notarius qui poſuit in contractu clauſulas inſolitas, an puniri poſſit de falſo, num. 51.

Notarius Apoſtolicus tantùm, & Notarius Imperialis tantùm an poſſit exercere artem notariæ in terris Eccleſiæ, & Imperij, nu. 53.

Pater an teneatur de peculio pro filio exercitore: & an actio detur contra patrem, numero 117.

Pactum an fieri poſſit vel ſtatutũ, quòd credatur dicto alicuius, n. 73

Pactum an valeat factum de dando mille ſi Papa hoc anno perierit, numero 106.

Partes an poſſint ex ſe ualidare ſententiã nullam, vel facere quòd ſemiplena probatio ſit plena probatio ex pacto, vel cõuentione, n. 75.

Præ-

Praſcribens an ſit tutus in foro fori, & poli. numero 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. & 90.
Præpoſitus an obligetur ex contractu ſerui, numero 47.
Præſumptio an ſit ſemper contra nauitas, caupones, & ſtabularios, numero 70.
Promiſſio facta ſub conditione abſque alia cauſa pro ſeruo exercitore ſine domini voluntate, an actio detur contra dominum de peculio. numero 115.
Pro ſeruo quando datur actio in dominos, numero 116.
Profectitium, & aduentitium quæ nam lucra ſint, & an conferantur, numero 121.
Publicanus quidam habens ſocios in conductione gabellarum, an obligentur omnes pro negociorum geſtore ab vno tantùm poſito, numero 55.

Quo tempore ligna cedantur pro nauigio, numero 6.
Quo in loco ligna bona naſcuntur pro nauigio, numero 7.
Quando quis in ſaluum acceperit, an teneatur de damno & furto ſi fuerit damnificatum, & ſeu amiſſum, numero 25. 26. 27.

Reus an teneatur edere fiſco iura & inſtrumenta ſua, numero 69.
Res poſita in naui, caupona, aut ſtabulario, inſcio nauta, caupone, & ſtabulario; & inde derobata, an prædicti teneantur, numero 136.

Socij plures an agant pro ſocio, vel communi diuidundo, nume. 44.
Scriptura priuata an ſit danda fides ita pacto conuento, num. 74.
Statuta quòd credatur libro mercatorum an valeant, numero 76.
Sutores contra ſe ſemper habent præſumptionem, quòd fuerint furati de panno, numero 61.
Seruus plurium, qui contraxit, an omnes domini pro eo teneantur, numero 128.
Subhaſtatio an requiratur in bonis mobilibus venditis pro tributis, numero 141.
Scriptura archiui quando probat, & quando non, num. 146. 147.
Sumptum ex ſcriptura archiui quando probet, numero 144.

Tilia

Tilia rubea pro nauigio celebratur, numero 8.
Tributoriæ effectus qui nam ſint, ſi plures exercuerunt, & contraxerint, numero 109.
Tributoria an detur in hæredes, & locum habeat perempta ſcapha, numero 112. 113.
Teſtamentum, aut inuentarium ſit in totum, vel pro parte edendum ſubſtituto, aut legatario, numero 125.

Vatticani, & muliones portantes merces, an dicantur fraudaſſe gabellam ſi nondum exiuerint territorium, numero 15. 16. 17. & 18. Vbi dicit de eo, qui volens ire cum Armata ad domum inimici ſui, & nondum acceſſerit ad domum, repertus in via an ſit in pœna ſtatuti, numero 17. 18.
Verba ſtatutorum qualiter intelligantur, numero 15.
Verbum mercis, & verbum ſcientia, & patientia, & qui ſint eorum effectus, numero 111.
Venditor an obligetur de euictione pro tabulis emptis nauis, nu. 58.
Victoria & laus qualiter ſit ſemper tribuenda DEO, ſecuta victoria in omni bello. numero 3.

PROOEMIVM

PROOEMIVM.

1 POSTQVAM Inuictiſsime Cæſar, & ſemper Auguſte nunciatum fuit, tuam Imperialem Maieſtatem, & aliorum Regum, & Principum Catholicorum Orbis velle Byzãtinum Imperium diù occupatum ab infidelibus, ob quorundam odium, incuriam & ignauiam, terreſtri aquaticoq; bello acquirere; & ſuum (vt decet) reſtituere Deo, & candidam Domini noſtri Ieſu Chriſti fidem Catholicam extollere, & ampliare; ipſoq; Deo Omnipotente Duce: cuius ſuffragio, iam de bello terreſtri, & ipſius legitimis præceptis, & de antiquorum ordinibus, aciebusq;, & geſtis bellicis; cum iuris vtriuſque allegationibus, & exemplis ſpectantibus ad bellicas cauſas pro earum deciſione legitima, & bellorum conſequenda victoria, librum Maieſtati tuæ dicatum compilaui; eiuſdemq; Dei auxilio, de maritimo & aquatico bello, & de virtute, arte, & rei militaris Diſciplinæ documentis,
2 iuxta promiſſa, libellos ſcribere decreui. Antiquitus .n. ſolebant Romani, teſte Suetonio de geſtis Auguſti, idemque firmante Vegetio de re militari ſcribente, apud antiquam Rauennam patriam meam tenere Claſſem in Adriatico mari; qua Epyrum, Macedoniam, Proponticum, Achaiam, Cretam, Cyprum, & totum Orientem directa nauigatione petere conſueuerant. Quia in re bellica magis prodeſſe ſolet celeritas, quàm virtus, Cæſaris ſententia, argumen. capituli Si ea. 23. q. 4. Aliam quoque apud Meſſanam tenebant Claſſem, qua ſine mora, & circuitu ad alias mundi partes, Hiſpaniarum videlicet, Aſiæ, Mauritaniæ, Aphricæ, Aegypti, Sardiniæ, ac Siciliæ naui

gio peruenirent: & probè quidem tua decreuit Imperialis Maieſtas, & aliorum Principum Chriſti fidelium, ſub vexillo militantium ſalutiferæ Crucis, hoſtes delere Catholicæ gentis; & vt hoc facilius vtroque bello Aquatico & Terreſtri fieri & conſequi poſſit & valeat, victoriam (vt
3 decet) attribuere omnipotenti DEO, De re, & Nauali quoque bello, & de ipſius præceptis & diſciplina breui compendio, eodem duce Altiſſimo DEO ſubnectam inferius. Gratias omnes, laudes, & glorias ipſi ſoli DEO
4 Optimo, Maximoque tribuentes. Et cum iura, & arma fraternizent, vt in Proœmio Inſtitutionum ſuarum firmat Iuſtinianus Inclytus Imperator, & Gloſſ. in l. miles, ff. de re iudicata. In legibus autem ius militare conſiſtit; & Iura & Arma inſimul ſunt conſortia, vt aliàs dixi, & probaui in Proœmio Libri antiquæ, illuſtratæ, & inſtauratę militiæ Terreſtris: & in hoc Libro theoricam, & practicam Aquaticæ militiæ inſerere volui, procedendo per capita, exempla, & quæſtiones quorundam caſuum occurſorum in præteritum, & per dies occurrendorum, ſequendo ordinem Imperialis culminis, quòd voluit non ſolùm armis decorari, ſed etiam legibus armari; & ab armis, & ab eorum executione primò incœpit, vt Princeps Romanus hoſtium Victor & Triumphator exiſtat, & ad legitimos poſt tramites peruenit vt belli, & pacis tempora rectè poſſint gubernari, & calumniantium iniquitates repelli; cuius exemplo à Re nauali incipiam, deinde mixtim ad iura, & ad exempla procedam. Cum non ſolùm armis Imperator in terra, ſed etiam in aqua altero elemento expertus eſſe debeat; & nihil inſit virtutis, an equis, vel nauibus, in terra, aut in aqua militare. Ad rem igitur primò naualem, deinde ad iuris quæſtiones, deciſioneſque, & ad exempla antiquorum Principum expertorum in militia, DEI ſuffragio perueniam.

ARGVMENTVM.

Quo tempore ligna cedantur pro nauigio, &
De Exercitoria,
Inſtitoria, &
Tributoria actionibus, &
De materia tit. Nautę, Caupones, & Stabularij
De edendo libros Mercatorum, & an ſit illis
danda fides:
De litteris Cambij.
De Præſcriptione debitorum Mercatorum.
De Pactis aſſecurationis Nauis.
De Scriptura Archiui an probet.

NAVALIS belli prudentiſſimi Principes, & Duces experti in re, & diſciplina nauali;
5 exemplo Attici Archelai, & Epaminondæ Thebani commentatorum rei bellicæ naualis, eſſe debent honoris cupidi, & in ſe habere charitatem in colendo Deum, & homines creatos ad
6 ipſius imaginem. Habent † incidere ligna decreſcente Luna pro fabricandis nauibus liburnis, & triremibus optimis bellicis ex cupreſſu, pinuque domeſtica vel ſilueſtri, larice, tilia rubea, aut abiete, hiemali tempore, quo arbores non ſentiunt humorem; & ligna tunc inciſa conſeruantur à tinea, ſeu à carie; & poſt æſtiuale ſolſtitium, & in hiemali ſolſtitio, quo Sol magis ardet, & firmus ſtare videtur; probè & vtiliter quoq; ceduntur ligna & trabes; & in ęquinotio etiam autumnali, hiemaliq;, & in menſe Iulii & Auguſti, & interlunio; Tiberii Principis ſentẽtia, incidi

ligna vtiliter poſſunt, quoniã tali tempore inciſa ligna fiũt fortiora,& ſicciora; quæ incontinenti ſecari, nec poni nauigio debent ita viridia ſecta, ne poſteà curuentur in naui bus cõficta: quia ob humorem natiuum,& picturam de facili contrahuntur, & rimas emittunt, quæ ſunt periculoſæ
7 multùm nauigantibus æquor. Et † in aliquibus locis ligna bona naturaliter pro ædificio nauali naſcuntur, & in aliquibus mala, vt de hominibus, & equis pro bello, in ali quibus locis ſunt longa ligna, recta, plana, & fortia; & in aliquibus parua, nodoſa, curua, & naturaliter fragilia.
8 Legitur † Tyleã rubeam miræ longitudinis eſſe in Inſula rubri maris, ex quo ligno tempore Alexandri Magni factæ fuerunt naues durantes ultra ducentos annos, etiam merſę incorruptæ permanebant boni natura ligni: poſt nempè Alexandri Magni mortem, vltra ducentos annos, unam ex ipſius nauibus tyleæ confectã repertam fuiſſe ſu merſam,& cum ea poſt de mari euulſam fuiſſe nauigatum.
9 Legitur † quoque Sexoſum Regem Aegypti, nauem ex cedro in Syria feciſſe longitudinis ducentorum & octuaginta cubitorum ligni natura. Celebrantur etiam ſpina nigra in Syria, & in Aegypto, quia non corrumpuntur in aquis. Fagus, & Alnus non improbantur in aqua dulci ſeu potabili, vbi ſpiſſum robur faciunt & corrumpuntur in aqua ſalſa; piceque & materia apta probè adaptantur naues.
10 Eſtque † curandum omni cum diligentia etiam exactiſsima, nè ligna pro nauibus ſint vitioſa, ob aſſiduum periculum, quod in mari comminatur, & contingit perſæpe inopinatum nauigio quod in ſe continet periculum. l. 2. & ibi per Bald. de Vbaldis de Peruſio Doctorem inſignem. C. de naut. fœnore.
11 Nauis † propriè eſt maritima & impropriè,& generaliter intelligitur etiam de fluuialibus. Ratis autem propriè eſt & dicitur fluuiorum nauis. l. ſolet. ff. de feriis, l. 1. ff. nautæ, caupo. ſtabul. & l. 1. ff. de incendio rui. naufr. & l. 1. ff. de exerc. actio. & l. Ratis. ff. de pignoratitia actio. &c.

12 Vtile † quidem ſecundùm Vegetium, quòd clauus mà gis æreis probè temperatis, quàm ferreis configātur naues; quia ferrei propter humorem rubigine oppreſſi facilè conteruntur; & ærei plus durant, & propriam ſubſtantiam ſeruant in aqua.

13 Naues † repertæ fuere ad nauigandum, & ad mercantile negocium pro populorum commoditate & ſeruitio, nè dum illorum, qui apud mare incolunt, ſed etiam ipſorum qui in montibus, & terra degunt. l. arboribus. §. na-
14 ues. ff. de uſufructu. Et † vna dici ritè poteſt nauigatio, licèt quis (vt vulgò dicitur) varia viagia faciat, vel habeat facere ad loca diuerſa, ex quo iter ſeu viagium non habetur pro abſoluto & completo, vt Marianus Socinus Senenſis Doctor ſubtilis firmat in conſil. ſuo 35. &c. Quod bonum eſt ſcire pro formandis libellis, & ſtatutorum intelligentia. Ad prædicta faciunt notata per Bal. & Alex. de Imo. & D. meum in ciuilibus D. Carolum Ruinum in l. qui Romæ. §. Calimacus. ff. de verbor. obligat. & ille dici-
15 tur proficiſci, qui aripit iter. Et † facit pro ſtatutis diſponentibus per uerba præſentis temporis, vel præteriti imperfecti; quod verificatur etiam ſi mercium extractio ſine licentia gabellariorum nõ fuerit conſumata: quia ſufficit etiam ſi eſſet in via non recta repertum cum mercibus ſine licentia & bulletta, ut inferius dicetur congruo loco, licèt nondũ exierit territorium, ut notāter dicit Bar. in l. quæ fiſcales, C. de nauiculariis lib. 12. & per Alber. de
16 Roſate in 2. parte ſtatutorum, in q. 4. Secus † ſi per verba preteriti perfecti, vt puta, ſi dixerit ſtatutum, ſi quis extraxerit, quia tunc requirit actum conſumatum & perfectum, ſecundùm Bal. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. & in l. 3 vbi Salicetus ad hoc probè notat. C. de naut. fœnore, & in l. ſi quis non dicam rapere. & ibi per Baldum. C. de Epiſcop. & cler. & in l. cum antea. C. de donat. ante nu-
17 ptias. Vbi †, dicit, quòd repertus in via ſine bulletta non tenetur tanquàm extrahens, quia actus non eſt conſumatus, quod requiritur in ſtatutis; & ponit exemplum

de

de ſtatuto diſponente de puniendo accedentem cum armata ad domum alicuius, quod nõ habet locum in eo, qui fecit armatam, & repertus eſt cum ea in via, & nondum ac-
18 ceſſerat ad domum cum ea. Et † ſimiliter dicendum eſt de naui onerata cum rebus vetitis, & ſeu illicitis mercibus eundo ad locum vetitum, ſtante Statuto & prohibitione
19 ſimili, cum actus non fuerit conſumatus. Nauis † fuit inuenta ad ſimilitudinem piſcium natantium, qui cauda reguntur, & leui motu & momento veloci in vtrunque latus flectunt velocitatem ſuam ad ſimilitudinem milui volantis in aere, vt ſcribit Plinius ob alarum & caudæ motionem, & idem faciunt ſimiles aues viuentes ex raptu, vt ſunt
20 Aquilæ, Falcones, & Accipitres. Eſtque † notandum quòd nauigantes ſunt priuilegiati, & de foro Eccleſiæ, vt Clerici, ita firmat iuris Speculum Guilielmus Durantes in ſuo iuris Speculo, in titulo de iudice competenti, §. primo verſic. 18. & eſt tex. in cap. innouamus, de foro competenti, & per Andream Alciatum Mediolanenſem doctorem egregium, & eloquentem in ſua ſingulari Practica, vbi opti-
21 mè cumulat caſus Eccleſiæ fori. Nauta † cogitur nauigare, & hoſpes hoſpitari. l. 1. ff. naut. caup. ſtabu. & l. 1. & l. cum nauarcorum, C. de nauiculariis, libro decimo. Quę-
22 ro † de caſu quem habui in facto, Si nauta inimicus, vel hoſpes inimicus teneatur nauigare, vel in ſua naui recipere, aut hoſpes hoſpitari, & in hoſpitio ſuo recipere inimicum ſuum de iure. Dic concluſiue, quòd non, per gloſ. in præallegato loco; neque tenetur operari contra amicum ſuum, ſed habent pro eo ſemper curare bonum in quantùm poſſunt, vt dicit glo. in l. ſacro, C. de proximis ſacri
23 ſcrinearii, lib. 12. Nauta, † caupo, & ſtabularius qualiter accipiunt mercedem? Dic nautam accipere vt vectores traiiciat, & caupo vt viatores in caupona manere patiatur, & ſtabularius, vt permittat iumenta apud eum ſtabulari; ex locato tamen in ſtabulo pro cuſtodia tenentur.
24 Fullo † autem & Sarcinator non pro cuſtodia, ſed pro opera mercedem accipiunt, ex locato tantùm cuſtodię no-

mine

25 mine. Et is, † qui ſaluũ fore recipit, non ſolùm à furto, ſed etiam à damno recipere videtur, l. nauta & caupo, ff.
26 nautæ, caupo. ſtabularii. Quo edicto † etiam tenentur ſi quid gratis fuerit appoſitum, & ſine mercede vlla, l. licet,
27 ff. eodem. Et † hoc quoque tenentur edicto illi, qui receperunt res alienas in naui, & inde perierunt; aut in ipſis ſit datum damnum, niſi fatali damno contigiſſet, l. 3.
28 ff. nautæ, caupo. ſtabula. Nam † de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa tenentur exercitores, & non de caſu naufragii, neque de Pyratarum incurſu, vt in dicta l. 3. iunctis
29 ibidem gloſ. Aduerſus † nautas datur actio in factum ex Prætoris edicto nautæ, caupones, ſtabularii, ex quaſi contractu de recepto, vt res reſtituant illas, quas acceperunt.
30 Et † nauta, & ſeu exercitor, vel nauis magiſter idē eſt, & vnus pro alio ponitur, l. 2. ff. ad l. Rhodiam de iactu. & l. prima, §. 2. ff. nautæ, caupones, ſtabularii, & etiam eſt
31 ille, qui ſtat in naui cauſa nauigandi. Et † quando competunt alicui plures actiones, quarum vna ſit de iure communi, & alia de iure ſpeciali, vna tollitur per aliam, quatenus in ea plus ſit, l. & ita, §. fina. ff. nautæ, caupo. ſtabula.
32 Queritur † ſi furtum, & latrociniũ ſit inter caſus fortuitos numerandum, & in illis ponendum & computandum. dicit Angelus de Aretio inſtitu. de action. in §. ſed iſtæ, furtum non eſſe numerandum inter caſus fortuitos, ſed benè fore latrocinium computandum, ponendum, & numerandum inter dictos caſus fortuitos, in §. primo, inſtitu. quibus modis re contrahitur obliga. & l. 3. §. item ſi ſeruus,
33 ff. naut. caupo. ſtabula. Ceſſante † autem legitima cauſa, quicquid contingit, de leuiſſima culpa non tenebitur, vtpotè ſi nauta, caupo, vel ſtabularius adhibuit illam exactiſſimam diligentiam, quam quilibet diligens paterfamilias adhibuiſſet, in hoc caſu ceſſat leuis cauſa, & de eo quod contingit, non tenetur, per notata per Bar. in d. l. 3. ff. nautæ, caupones, ſtabula. vt aliàs dixi.
34 Quero de verſuto quodam Nauta dicto, *il Greco*, qui res ſurripuit alienas, qua actione conueniatur? Fui aliàs conſultus

ſultus ſi furti actione famoſa, vel edicto Prætoris nautæ, caupones, ſtabularii. Conſului fore diſtinguendum, videlicèt, an ex naui alterius, uel ex propria naui, vbi ſint inuectæ merces, ſubripuerit. primo caſu furti actione, ſecundo verò caſu edicto Prętoris, prædicto teneri, per tex.
35 in l. ſed & ipſi. ff. nautæ, caupo. ſtabul. Nam † etſi plures competant actiones, cogitur quis eligere vnam, nec poterit poſteà redire ad aliam; ſecus ſi ad diuerſa plures competant actiones. l. quod in hæredem. ff. de tributo. act.
36 &c. Et † de furtis aduerſus nautas ex quaſi maleficio datur etiam actio contra nautas, ſi nautę dederunt damnum in rebus alterius in naui deductis, & pro damno facto conuenitur exercitor, aliàs non teneretur dominus nauis, ſi denunciauerit, vt omnes res ſuas cuſtodiant, & ipſi conſenſerunt, tunc non tenebitur exercitor, & hæc actio datur in
37 duplum Et † ſi nautę inter ſe dederint damnum non tenebitur exercitor.
38 Et † ſi quis ex nautis fuerit mercator & damnum foret paſſus in mercibus ſuis in naui oneratis, ſibi tenebitur exercitor: & ex eius facto quoque tenebitur, ſi aliis damnum dederit, & ex facto ſeruorum etiam tenebitur, & ſeruos dare poterit pro noxa; & ſi plures fuerint exercitores pro partibus, & non in ſolidum tenebuntur.
39 Hæc † autem iudicia in hæredes non dantur, & dominus non tenebitur de peculio mortuo ſeruo exercente, ſecus ſi voluntate domini ſeruus exercebatur, quia tunc tenebitur dominus, l. fin. ff. nautæ, caupo. ſtabul. & l. 1. & 2. ff. de inſtitor. & exercitor. actione. Adde his Loffredum Beneuentanum in pri. parte ſui operis in materia exercitoriæ.
40 Quid † ſit inſtitor, & quare ita appelletur, dic ſecundùm rectam intelligentiam Vlpiani Iuriſconſulti, ex eo quòd inſtat gerendo negocio, nec multùm facit an tabernæ ſit præpoſitus, aut cuilibet aliæ negociationi; & ſi certæ rei & negociationi præponeretur non quæſtuarię, procurator magis vocabitur, quàm inſtitor, vt tenet Bart. in l.

inſti.

41 inſtitor,ff. de inſtitor. actiõ. Poſſunt † tamen contrahentes eligere inſtitorem, ſeu magiſtrum ad eorum libitum, ſed non è contra,niſi in ſubſidium.l.1.& per Bar.ibi.
42 ff.de exercitoria actione. Et † ſi plures fuerint magiſtri nauis non diuiſis officiis,& geſtum fuerit cum vno, an obligetur exercitor. Dico, quòd ſic, quod ſecus foret ſi fuerint magiſtri particulares diuiſis officiis negociorum, vt vnus locando, alius exigendo. Nam quilibet obligabitur pro ſuo officio, niſi foret expreſſum, quòd vnus non gerat aliquid ſine altero,& imputabitur illi, qui contraxerit cum vno ſolo ſine alio; quoniam eſt conſiderandus modus proponendi quem ſi quis exceſſerit prædictorum non obligabitur dominus, l. 1. §. ſi plures. ff. de exercitoria
43 actione. Quero † ſi ſit curandum de conditione inſtitoris, uel præpoſiti, ſeu præponentis. Dic, quòd non, niſi foret minor,quo caſu requiritur Curatoris auctoritas, nam pleriquc pueros,puellasq; proponũt tabernis,l.ſi quis cum ſequenti,ff.de exercitoria actione; & tenẽtur quoque mulieres exercitoria & inſtitoria actione,l.& ſi qui C. de exercitoria.Quilibet tamen inſolidum pro inſtitore tenebitur præpoſito per plures,l.pri.C.de inſtitor. Addo prædictis Loffredum de Beneuento in pri.parte ſui operis in ma
44 teria inſtitoriæ. Et † ſi agatur inter eos pro ſocio, uel communi diuidundo, iis ceſſantibus iudiciis quilibet tenebitur pro parte.l.habebat.§.fin.ff.de inſtitor. actio.Vbi habetur dominum liberari nouatione.
45 Quero † de pupillo an teneatur pro Inſtitore. Dic quòd non,niſi in quantùm foret effectus locupletior ex ea re, ſecus ſi ſui tutoris auctoritas interueniſſet, quoniam ut maior tenebitur ſine diſtinctione prædicta, l. ſi quis,ff. de inſtitoria actione; & ſic dominus tenebitur pro ſeruo ſuo quatenus ſit in rem ſuam uerſum,l.pri.ff.eod.titulo.
46 Inſtitoria † datur perpetuò hæredib.& in hæredes,l.nouiſſimo ff.de inſtitor. actio. & ſi plures nauim exercent cum quolibet eorum inſolidum agere opportebit, etiam ſi per communem magiſtrum liberum,aut ſeruum; uel per unũ

ex ipſis, quod ſecus foret ſi ſimul exercuerint, quia tunc exercitor & magiſter tenētur in ſolidum, ſed unius ſolutio ne liberatur alius. l. pri. §. penul. ff. de exercitoria actione.
47 Ex † contractu præpoſiti ad recipiendum mutuum & ſerui obligatur præponens, & dominus pro ſeruo tenebitur de peculio. l. 2. penult. & fin. C. de exercitor. actio. Ex contractu magiſtrorum tenetur exercitor, licet inter magiſtrum, & contrahentem, exercitorem non cadat ſecum obligatio; & dominus magiſter ſerui tenetur, actiones ſibi quæſitas exercitori cedere, & tenetur magiſter ſecum contrahenti; licet inter exercitorem & eum non cadat obligatio, l. ſi eum, ff. de exercitoria actione.
48 Occurrit † caſus, Quidam Senenſis procurator egregius me conſuluit, ſi nauis magiſter obliget dominum ſuū ex omni facto ad quod præponitur nulla habita diſtinctione de conditione ipſius perſonæ; ſeu cum nauta nulla habita deſtinatione & diſtinctione ex ſolo debito dominū obliget. Conſului, quòd ſic per textum. in l. pri. § magiſtrū, & per Bar. & Doctor. ibi ff. de exercit. actio. Nam nauis magiſter habet poteſtatem ſubſtituendi alium etiam ſi fuiſſet ſibi interdictum, & dominus obligatur ex perſona ſubſtituti, ut in §. ſequenti dictæ legis, & actio datur in dominum mortuo magiſtro. l. ſi tamen. §. final. ff. de exercitoria. &c.
49 Itē quero † ſi domini nauium, & domini rerū in nauibus exiſtentium pro portione contribuant exiſtimationis libero corpore, & cibariis dūtaxat exceptis. Dic quòd ſic. l. 2. §. cum eadem, & per Bar. ibi ff. ad leg rhodi. de iactu. Vbi habetur ad quid teneatur magiſter nauis ex locato, & de tributoria latius inferius dicam.
50 Quero † de caſu, quē pluries in Vrbe habui in facto, an obligetur dominus ex teſtamēto, uel contractu inſtitoris, quem negociatorem præpoſuit dominus negociationibus ſuis. Dic obligari, & an agere poſſit ex contractibus ipſius; eſt diſtinguendum ut infra, uidelicet, aut propoſuit hominem liberum, aut ſeruum ſuum, uel alienum; ſi proprium aget, ſi alienum aduerſus dominū experietur, ut cedat ſibi
actiones

actiones: idem ſi liberum hominem, ſed tunc aduerſus contrahentes mandati actione agere poterit ſi dominus uel liber homo non ſit ſoluendo. l.pri.ff.de inſtitoria actio
51 ne. Quero † de Notario, qui poſuit in contractu Inſtitoris, uel in alterius inſtrumento clauſulas inſolitas, an pręſumetur ipſum falſum cõtractum feciſſe. Dic præſumi, per glo. in l. ſi quis ſub conditione, & per doctor. ibi. ff. de condition. inſtitut. & per Cynum in l. emptorem. C. plus ualere quod agitur, & per Bal. in capit. primo, de feudo dato, ibi, alteratio Inſtrumenti &c. & glo. in cap. ad ſcripturas. 11, diſtinctio. & per Bal. in l. fina. Vbi eſt bonus textus, C. de fideiuſſoribus.
52 Quero † de occurrenti caſu, ſi Notarius Apoſtolica auctoritate creatus poſſit exercere artem notariæ in Terris Imperii, & è contra, ſi Notarius auctoritate Imperiali creatus poſſit impunè exercere artẽ notariæ in terris Eccleſiæ Romanæ ſubiectis. Concluſiuè dico, quòd ſic, ita decidit
53 Rota Romanæ Curiæ in Deciſione 279. Ad † materiam noſtram redeuntes, queritur ſi magiſter nauis contrahit in re, qua præpoſitus eſt, an tacite obligetur dominus ſi exprimat in hanc cauſam ſe contrahere. Dic, quòd ſic, &
54 ſi ſimpliciter contraxit nulla expreſſa cauſa, an teneatur dominus. Dic, quòd non, niſi apparuerit cõuerſum in eius utilitatem, & ſi contraxerit in cauſa, in qua expreſſe prohibitus eſt, ſufficit tunc expreſſio, licèt uera non fuerit, l. pri. §. non autem, ff. de exercitoria actione, & per Bar. ibi &c.
55 Publicani † duo emerunt datia & ſeu gabellas, & unus eorum factorem ſeu negociorum geſtorem poſuit, qui male geſſit, An alter pro eo tenebitur, qui cũ non poſuit. Dic non teneri, niſi illum qui illum poſuit; & ipſe ſolus pro eo reddet rationem. l. ſi ex duobus. ff. de negociis geſtis.
56 Quero † de caſu, Mulier pregnans intrauit nauim, & pro miſit pro ſe ſoluere naulũ quod eſt merces debita nautis, l. huius. ff. qui potiores in pignore habeâtur. Poſtmodum mulier peperit in naui, An teneatur etiam ſoluere naulum pro partu. Dic quòd non, l. ſed addes, §. ſiquis mulierẽ,

& per Bar.ibi.ff.locati; quia tempore contractus erat unicum corpus,ex quo dicitur ibi natum eſſe in naui, & in utero erat dicto tempore contractus,& l.hęc mori.ff. qui potiores in pigno. habeatur. Vbi etiam habetur caſus, quòd ſi caſus contigerit in perſonam conductoris nauis ipſum non liberat à naulo & ſeu à mercede nauis, niſi locator
57 operas ſuas, aut nauim alteri locaſſet. Nã † omnes caſus uel euentus excuſant, qui occurrunt humanæ naturæ, uel quæ fiunt in ciuitate iuſto Dei iudicio, uel eo permittente contingunt, ut in cap. Nec mirum, uig eſ. ſex.queſt.pri.
58 Occurit † caſus,empta naue,uel tabulis emptis nauis, an obligetur uenditor nomine euictionis quaſi parte euicta. Dic quòd non,quia ſpeciale eſt in his,quæ commodam diuiſionem recipiunt,ſicut & in homine. Ideo cautela eſt cũ ſtipuletur de euictione,ꝙ dicas, promittis ꝙ nõ euincatur ſeruus, uel nauis, uel pars ſerui aut nauis; cum neque ſeruus uerè euincatur,l.Naue,aut domo,& l.ſi dictum,iunctis ibi gloſis,ff.de euictionibus.
59 Quero † ſi non ex iactu,ſed aliter quid deiectum fuerit ex naui, An præpoſitus nauis teneatur,Dic quòd ſic,l. hoc edictum,§.ſi de naui,ff.de his qui deiecerunt uel effuderũt.
60 An † præſumatur ſemper contra nautas,caupones, & ſtabularios quero pro rebus poſitis & deperditis, aut damnificatis in naui,ſtabulo,& caupona. Dic præſumptionem eſſe contra eos,l.1.& per totum titulum,ff. nautæ, caupo. ſtabul. quem titulum per excellentiam trium latronum allegat & nominat Reuerendiſſ. D.Cardinalis Alexandri
61 nus.Et † dic etiam ſemper eſſe præſumptionem contra ſutores,quòd pannum derobauerint,& contra molendinarios,quòd farinam, aut frumentum furto ſubtraxerint; & propter talem præſumptionem in ipſos transfertur onus probandi, habetur per Angelum Aretinum inſtitu.de re-
62 rum diuiſio.in §.ſi tamen alienam.Et † tenentur nautæ, præpoſiti,& exercitores, inſtitores,& factores, ꝓſenetę, & procuratores eorum, publicani, & uſurarii edere libros rationum ſuarum petentibus, l.fin.§.Inter, ff.de lib.leg.&
per

per Bal. in l. diſſolutæ, C. de condictione ex lege. Quero
63 † ſi pacto conuentum fuerit in conductione gabellarum, quòd credatur libro publicanorum, contingit publicanum finiſſe tempus ſuæ conductæ, An libro ſuo credatur ſi uult aliquid recuperare occaſione dicti datii, tenet Dynus de Mugillo quòd ſic, in l. in aſſiduis, C. qui potiores in pigno. habeantur: quia durat priuilegium donec durat actio; & ſi in alium transferatur arguendo de perſonis ad tempus iuris, l. vniuerſis, ff. ſi certum petatur, & per Bal. in l. fi. ff. de iuriſdict. omni. iudi. & in cap. conuenticulas, de pace iura. firman. & in cap. pri. qui feudum dare poſſunt. Vbi
64 † habetur, quòd commiſſa tempore primi publicani con ductoris gabellarum, & licèt proceſſus ſit factus tempore ſecundi datiarii finito tempore primi, ſpectat ad primum
65 datiarium. Licèt † Iacobus de Beluiſo tenuerit in merca torem non credi libris ſuis in proœ. Digeſt. per glo. ibi de libro mercatoris. Dic tu regulariter non eſſe de iure com muni dandã fidem ullã libris mercatorum pro ſcribente, ſed benè contra ſcribentem, l. exemplo, C. de probat. ſed pro tertio contra tertium ſi fuerit mercator bonæ famæ & nominis & conditionis deſcriptus in matricula mercato- rum & iuratus, tunc liber ſuus ſemiplenè probaret, uel niſi extaret ſtatutum ſeu conſuetudo, quòd tali libro crederetur, uel quòd infra certum tempus, & ſeu in certa quantita te & non ultra crederetur; ut eſt in patria mea Rauennæ, & tunc ſi liber eſſet mercatoris bonæ famæ ſcriptus ab eodẽ mercatore propria manu ſua, qui ſit matriculatus in nume ro aliorum mercatorum bonæ famæ & iuratus, crederetur infra tempus limitatum à ſtatuto, & pro ea tantùm ſumma & quantitate debiti à ſtatuto tãtùm prætaxati, & de rebus dumtaxat mercãtilibus contracti ſpectantibus ad apothe- cam, ſeu ad exercitium mercatoris creditoris; qui ſi fuerit perſona ſuſpecta, uel malæ famæ in nihilo crederetur, ne- que pro tertio contra tertium, ita tenente D. Iaſon de Mai no Mediolanenſis doctor tempore meo inſignis, & ualde laborioſus, & alii ſcribentes, in l. admonendi in ſecunda

re-

repetitione, ff. de iureiuran. ubi multa cumulauit, & uarias doctorum opiniones cōcordauit pro ueritate & opinione communi omnium doctorum, quam iudicando & consulēdo, non eſt recedendum. Et plus dixit D. Iaſon in l. Si quis ex argentariis, § Rationum, & per glo. ibi, ff. de edendo.

66 Quòd † ſtatutum dictans credi libris mercatorum in certa ſumma, & infra certum tempus, ut diſponit ſtatutum Rauennæ, non habebit locum in libro ſcripto manu alterius, quàm ipſius ꝓprii mercatoris creditoris bonæ famæ iurati & matriculati, & de rebus tantùm pertinentibus ad exercitium, artem, & apothecam ſuam; vtputà, ſi mercator fuerit pannorum, & in libro ſcriptum fuerit talem fuiſſe & eſſe ipſius debitorē ex cauſa mutui, uel pro rebus non pertinentibus ad ipſius artem & exercitium in matricula deſcriptam, uel ad eius apothecam, & ſolitum exercitium ſuū ipſi libro nulla dabitur fides, etiam ſi mercator eſſet bonæ famæ, iuratus, & matriculatus; & quòd liber eſſet manu ipſius ſcriptus; cum forma ſtatutorum ſit ad unguem ſtrictè ſeruanda, l. quicquid aſtringendæ, ff. de uerb. obligatio. & per Iaſonem in præallegatis locis, & in l. 1. §. cogentur, ff. de

67 edendo. Vbi † dicit mercatores tenere edere omnes li-

68 bros ſuos, & partitas rationum ſuarum. Et † an habeant locum prædicta in libro negociatoris. Dic quòd non, ita tenet Bar. in l. ſeruis legatis, ff. de leg. ſecūdo & in rubrica de conſtituta pecunia.

69 Quid † de reo habente penes ſe inſtrumentū, & iura pro fiſco faciētia contra ipſum reū, An illa teneatur edere fiſco agenti, cum arma & iura regulariter ſumi non debent de domo rei. Dic hoc non habere locum in fiſco, in hoc priuilegiato ob priuilegium ſuum, propterea tenebitur reus edere iura prædicta, l. 1. C. de edendo, & l. 3. ff. eodem.

70 Queritur † de caſu, ſi quis retulerit ſe ad librum alicuius artificis, aut mercatoris; An per talē relationē ſit probata intentio artificis, ſeu alterius perſonæ, ſi liber fuerit falſus, puto diſtinguendū; aut referens ſciuit librum eſſe falſum, aut non; Si ſciuit & liber ſit ſcriptus manu mercatoris non

bonæ

bonæ famæ, uel non iurati, aut non matriculati ut ſupra; tunc nullam fidem faciet, neque pro tertio contra tertium, quia fundamentum eſt nullum & falſum. l. ulti. C. de fide inſtrum. Aut liber eſt uerus & ſcriptus manu mercatoris bonæ famæ, iurati, & matriculati, & tunc ſemiplenè tãtùm probabit pro tertio contra tertium, & nõ pro ſcribente, niſi in quantùm iuris, & ſtatutorum forma diſpoſuerit. Im-
71 mo † ſi quis promiſerit ſe uelle ſtare dicto, uel libro creditoris, intelligitur ſemper forma iuris ſeruata, & non aliter, ita firmat per multa cumulata Felin. Sandeus Ferrarienſis, doctor laborioſus in cap. ſi diligenti de foro cõpetẽti; & Bartholus, Socinus in l. 1. §. fi. ff. de uerbor. obligation. & ita intelligitur tex. & ibi Bal. in l. fi. C. ſi certum petatur.
72 Et † quidem foret abſurdum dicere, quòd credatur tantùm libro priuato, quantùm inſtrumento publico; quoniam iura plenam fidem dant inſtrumentis publicis, & nullam libris & ſcripturis ſimplicibus priuatis, ut in l. exemplo C. de probationibus.
73 Statuto † cauetur, pactovè iurato, aut lege quòd credatur dicto alicuius, ut tactum fuit ſuperius, nũquid admittatur in contrariuum probatio? & uidetur dicẽdum, quòd ſic, per notata in glo. capituli fœnum, 40. diſtinct. & in l. cum precibus. C. de probationibus, vbi publico inſtrumento ſtatur donec reprobetur, l. antiqui, §. 2. C. ad velleianũ; aut petitur reprobari per inſtrumenta, uel alias ſcripturas publicas poſt receptionem iuramenti, & eſt audiendus. l. 3. §. ſi tamen. C. ſi minor ſe maiorem dixerit; uel petitur per teſtes reprobari, aut alia argumenta & inditia, & tunc non audietur, cum non debeat retractari iuramentum quod ex ueritate legis uel ſtatuti defertur. l. fi. ff. de in litẽ iurãdo. ita tenet Tancredus de Corneto circa materiam ſtatutorũ
74 in quæſtionib. ſuis. Et an † partes poſſint facere ex pacto, quòd priuatæ ſcripturæ alterius non ſolemniter factæ adhibeatur fides. Dic quod ſic, ex pacto tamen ualido, ſolẽni ſtipulatione ualato, ſecus ſi nudo pacto id fieret ſecundùm Innocentium in cap. Cum primo, de fide inſtrumentorũ, &

per

per Hyppol. de Marſi. in l. inſtrumenta, C. de probationib.
75 Nam † ſemiplena probatio poteſt partiũ conſenſu fieri plena, & ſententia nulla poteſt fieri ualida partium conuẽtione, tenet Romanus in conſilio 204. per glo. & tex. in l. 2.
76 C. communia utriuſque iudicii. Cõſuetudo, † & ſtatuta quòd credatur libris mercatorum non tenent, quia inducunt facilitatem delinquendi & peccandi, tenet Felynus in c. pri. de fide inſtrument. & in cap. Sicut, de probation. & Bal. in l. vnica, C. de confeſſis, & in cap. erit autem, diſtinc. 4. & per Abb. in cap. Bonæ, il ſecondo de poſtulatione prælatorum, & per Bar. in l. nuda ratio, ff. de dolo, & in l. quædam, ff. de edendo, & per Bal. in rubrica de fide inſtrumen. & in rubrica de conſtit. pecunia, & per Angelum in dicta l.
77 quædam, §. numularios, ff. de edendo. Libris † maſſariorum uillarum, aut Caſtrorum an fides detur. Dic quòd nõ, pro ſe, ſed benè contra ſe, & non probant niſi contra ſe, licèt ſint ex publico electi ſine poteſtate ſcribẽdi, l. ſolemnibus, & ibi per Salicetum, C. de rei uendicatio. & per Bal. in l. fi. C. ſine ſenſu, uel reliquis.
78 Quero † ſi ſit credendum libro executorum, & probet executorum liber habetur per Baldum in rubrica C. de fi-
79 de inſtrumentorũ. Quid † de libro tutorum? habetur per Angelum in l. ſumptum, & in l. Lucius, C. de adminiſtratione tutorum, & per Bar. in l. ex ſententia. ff. de teſtamentaria tutela.
80 Liber † uſurarii probat contra uſurarium, Clement. 1. de uſuris; & ad prædicta faciunt notata per D. Ioannem de Firmo in quarta parte ſui tractatus Gabellarum.
81 Quidam † debitor mercatoris, uel alterius, tutus præſcriptione ſoluit debitum; An poſſit id repetere tanquàm ſolutum indebitè, cum ciuilis obligatio fuerit inefficax, & euanuerit præſcriptione, & apud debitorem remanſerit tantùm obligatio naturalis, quæ non tollitur ipſo iure. Poterit nihilominus debitor repetere dictum debitum à creditore tanquàm indebitè ſolutum, gloſa eſt in l. obligationum ferè, §. placet, ff. de uerbor. obligat. notat Bartholus
hunc

hunc caſum in l.vltima,ff.rem ratam haberi, & Felynus in cap.ad aures de præſcriptionibus, & Ioannes Andreas in regula poſſeſſor, 29.col. de regul.iur.in 6. & Bald. in l.cũ
82 quis, C.de iuris & facti ignorantia. Vbi † dicit obligationem naturalẽ eſſe eliſam præſcriptione, ſi præſcribens uti uoluerit commodo ſuæ præſcriptionis: ſecus ſi nõ uult uti, l. fideiuſſor, §.fi.ff.mandati. Vbi dicitur fideiuſſorem ad tempus fideiubentem pro eo ſoluentem poſt tempus fidem adimpleuiſſe; & cũ præſcribẽs ſit ſimilis ſoluenti, ut poſſit obiici contra iam creditorem quaſi facto ſuo ſit liberatus: & plus dicit Bar.in dicta l.vlti.ff.rem ratam haberi, & Imola in dicto cap. ad aures,de præſcription. quòd in præſcriptione conuentionali quando quis uoluit obligari ſolùm ad certũ tempus,tollitur naturalis obligatio, & eliditur ciuilis,per tex.in l.ſi unus,§.pactũ,ff.de pactis.Idem
83† dicunt de præſcriptione legali, quando in ea actio & obligatio erat temporalis, ut in redibitoria, & quantò minoris, & ſimilibus, l.Iulianus,ff.de actionibus empti.
84 Etiam † procedit in actione perpetua de ſui natura,quæ hodie tollitur præſcriptione longiſsimi temporis triginta uel quadraginta annorum;& plus dicit D.Ioannes de Imola in præallegato cap. ad aures,de præſcription.quòd parui eſt effectus iſta remanẽtia obligationis naturalis,ex quo eſt inefficax,& ideò non haberet uigorem inducendi compenſationem, quam inducere non poteſt,neque accederet
85 fideiuſſor. Effectus † namque præſcriptionis eſt tollere ciuilem obligationem in totum,& ſolutio tollit utranque; ciuilem uidelicet,& naturalem obligationem, ut dicit Bartholus in l.ſi pupillus,ff.de adminiſtratione tutorũ.Prædictis accedit textus in l.qui res, §.harena,ff. de ſolutionib. Vbi dicitur,quòd actio ſemel extincta non reuiuiſcit amplius, ſed ſic eſt quòd actio extincta præſcriptione, de quá in ſtatuto ſub rubrica de quinquennali præſcriptione, & ſub rubrica de fide adhibenda libris mercatorum,eò maxime, quia ſtatuta prædicta erant contra ius commune,ſecũdùm quod præſcriptio procedit huiuſmodi, quòd nulla

ſides detur dictis libris mercatorum, l. exēplo, C. de probationibus; & per Fely. in cap. ſicut de probation. & in cap.
86 pri. de fide inſtrumentorū. Et † ſicut indebitè ſolutum
poterit de iure repeti debitū ab eo, qui tutus erat præſcriptione. Sed ſi tutus præſcriptione ſciuerit indebitum, &
ſoluerit, non uidetur id poſſe repetere; quia ſoluens ſcienter indebitū nō repetit, l. quod quis, ff. de cōditio. indebi.
niſi tutus præſcriptione fuiſſet etiam alia cauſa & ratione
tutus, utputa falſitate debiti, aut libri mercatoris, & ſeu
artificis, aut alterius legitimi remedii, quod ipſe neſciret;
quoniam tunc poſſet repetere indebitè ſolutum in odium
falſi & fraudantis, propter quod ab initio nulla fuit orta
obligatio naturalis, neque ciuilis defficiente primo fundamento, & deceptis, & non decipientibus doloſis iura
87 ſuccurrunt & ſubueniunt. Et † ſic intelligitur de tuto
præſcriptione, uel alia cauſa legitima, & in ſoluente ignoranter indebitum, credente ſe fuiſſe uerum & legitimum
debitorem, quo caſu poterit repetere ſolutum indebitè, ut
firmant Canoniſtæ in d. c. ad aures, de præſcripti. & Bar. in
dicta l. fin. ff. rem ratam haberi, & Angel. in l. 1. C. de re iu-
88 dicata. Et † licet in cōtractibus præſcriptio non tollit
obligationem naturalem præfixam à lege, fallit tamen in
criminalibus, ubi lex inducit totalem abolitionem, l. ſi
89 unus, §. ſin autem, ff. de iniuriis. Præſcriptio † nunquàm
currit ſine ciuili præſcriptione & obligatione ciuili & naturali firmat Felynus in capitu. cauſam, de præſcriptio. in
rebus corporalibus; & licèt præſcribēs ſit tutus pleniſſima ſecuritate pręſcriptionis, l. omnes, C. de præſcriptio.
tamen ciuilis & naturalis obligatio non tollitur ipſo iure.
glo. eſt in l. commodiſſimè, & per Bar. ibi, C. de præſcript.
& per Bal. in l. fin. C. ex quibus cauſis maiores &c. & per
Felynum in dicto c. ad aures. extra de præſcriptionibus.
90 Mercator, † & ſeu artifex quidā habens plura debita
in libris ſuis, iam euacuata præſcriptione ſtatuti, & fortè
ab initio non uera; An olim debitores in libro deſcripti
poſſint conuenire iam creditores in iudicio, implorando
offi-

officiũ Iudicis cõtra ipſos inuitos,ut declaret eoſdem iam debitores in aliquo non teneri prædictis mercatoribus, & quòd præcipiat dictis iam creditoribus ut caſſent partitas eorum ex libris ſuis,& illos liberent & quietent dicta præſcriptione uigente: quæ parit exceptionem præſumptæ ſolutionis facto creditoris per lapſum præſcriptionis. Dic quòd ſic,l.ſi pater.C.qui bonis cedere poſſunt;& ita tenet Bar.in l.pri.§.pri.ff.quod ui aut clam, & in l.ſi ſocietatem. §.arbitrorum, ff.pro ſocio,& per Fely.in cap.his autem ex
91 tra de præſcript. Quero † de literis mercatorũ an probent,& obligationem inducant contra ſcribentem.Dic ꝙ ſic,duobus concurrentibus,ut dicunt doctores in l.1.ff.de uerbor.obligatio.ſcilicet quòd materia patiatur, & loquãtur diſpoſitiuè.l.Lucius,ff.de inſtitor.actione; ſecus ſi nũciatiuè loquerentur; quia tunc probarent, ſed non obligarent.l.Publia,§.fi.ff.depoſiti;in l.Lucius non obligatur inſtitor,quia nihil promiſit, ſed tantùm fuit confeſſus, & ita
92 ibi tex. dictæ legis intelligitur. Sed † ſi mercator ſcripſerit literas,in quibus aſſerit ſe eſſe tuũ debitorem in mille, uel in alia certa ſumma; & antequàm præſententur tibi dictæ literæ perierit mercator qui literas ſcripſerat, an hoc caſu tales literæ nocebunt hæredibus ſcribentis,tenet Innocentius quòd non,in c.cum dilectus, extra de ſucceſſionibus ab inteſtato;& per Hippoli. de Marſil.in ſingulari ſuo 373.incipiente vt noſti,& in repetitione ſua ſuper rubrica codicis de probation.colum.51. & dicebat Guiliel. Durantes in ſuo iuris ſpeculo in titulo de obligation. & ſolution. in §. notandum.uerſic.pone quòd mercator, an teneatur mercator ex literis, quas ſcripſit ſe habuiſſe & recepiſſe, & obligetur ſocius actione de cõſtituta pecunia habetur per Bal.in additio.ad Speculum in loco præallegato.Vbi dicit eſſe menti tenendum pro literis Cãbii merca
93 torũ. Quid † ſi mercator ſcripſerit literas alteri mercatori ſignificãs ſe eſſe eius debitorem in decẽ ex cauſa depoſiti,& plus & minus, pro ůt in libro rationũ,quæ uerba nõ minuunt, nec augent confeſſionem certæ quantitatis,niſi

appareat aliquid per quod appareat minui, l. Publia, & per Bar. ibi. ff. depoſiti.

94 Literę † cambii per dies fiunt per numularios, ſeu ban cherios, & mercatores recipientes à ſcholaribus, & à uariis perſonis pecunias, utputa centum Neapolis, ut faciant ſibi dari & reſtitui in Vrbe Romę, aut Venetiis nonaginta quinque tantùm, an hoc ſit licitum lucrum. Dic quòd ſic, quoniã hoc non eſt uſura, ſed pretium periculi. Dummodo nõ nimis excedat modum, & fiat ſecũdum generalem conſue tudinem mercatorum, l. periculi, ff. nautæ, caupo. ſtabul. & iuris fictione dando literas, uel ſe ſoluere conſtituentes in ciuitate Bononiæ, uel Genuæ, non dicitur minus cõſtituiſſe. Et ſic iſta cambia ſunt licita uſque ad congruum, uel parum pretium, ut ſupra: ita tenet Bal. in rubr. de conſtit. pecu. in principio, & in cap. pri. de plus petitionibus, alle-
95 gat tex. in l. periculi, C. de nautico fœnore. Et † an tales literæ cambii poſſint reuocari, tenet Bal. in dicta rubrica de conſti. pecu. in ulti. colum. quòd non, ſi ſunt diſpoſitiuè, l. quidam, ff. de conſtit. pecu. in penul. colum. & per Romanum in ſingul. 474. & ſi loquãtur enũciatiuè probant, ſed non obligant, neque diſponũt, l. Publia in fin. ff. depoſiti, & per Bar. ibi & Scribentes de inſtitoria.

96 Quid † ſi mercator, uel campſor, qui literas Cambii ſcripſerat pro quodam ſcholare, fuit effectus fallitus antequàm præſententur & ſoluãtur dictæ literæ, cuius periculo erũt dictæ literę Cambii? Dicit Baldus in l. pro debito, C. de bon. auctor. iudi. poſſiden. eſſe periculo ſcholaris, qui literas accepit pro habenda pecunia alibi; niſi aliter campſor, uel mercator qui ſcripſit literas promiſiſſet ſe acturũ & curaturũ &c. uel de fuga particeps, uel ſocius fuiſſet; habetur per Bar. in l. ſingularia, in 7. colum. ff. ſi certum petatur; & latè per Hyppol. Marſilium in repetitione ſua rubricæ de probation. in uerſic. 284. 285. & 286. & l. vbi quis, ff. de conſtit. pecu. & per Bal. in quęſtione incipiente, ſtatuto cauetur quòd fœnerator &c.

97 Et † ſi ante diem ſoluendi fefellerit primus cãpſor, qui

fecit literas, quo intellecto, ille cui literæ diriguntur, non
uult ſoluere, an poſſit cogi ad hoc, faciũt notata per Salice
tum in l. pro debito in fi. C. de bon. auctor. iudic. poſſiden.
& per Angelum inſtit. de exceptibus, & per Alex. de Imola
98 in l. quæ dotis, ff. ſolu. matri. Et † rite quidam faciunt
qui uolunt pignus, & an recipientes cambia aſſumant in ſe
99 periculũ. Secus † ſi eſſet data nouẽ pro decem ad annũ,
quia hoc pretium temporis eſſet uſura, l. hactenus, §. fin. ff.
de cõſtit. pecu. non obſtãte capitulo per ueſtras, de donatio
nib. inter uirum & uxorẽ, quia ibi loquitur titulus ratio-
ne licitæ negociationis, & non ratione temporis. Addo
prædictis notata per Alexan. Tartagnum de Imola in cõſi.
ſuo 51. ſecundo uol. Vbi ponit an ſit uſura quãdo data fuit
100 pecunia ad diſcretionem. Et † an Cambia ſint licita, &
quid iuris de tritico mutuato cũ pacto ut reddatur tãtun-
dem an ſit licitum, & in conſilio 103. eodem uolu. ſecũdo.
101 Vbi † ponit ſi redditus annui ſuper impreſtitis uel ſuper
monte ſint uſuræ, uel non.
102 Quero † ſi literæ Cambii habeant executionem para-
tam. Dic quòd non, niſi fuerint certæ & claræ, etiam ſtante
ſtatuto ipſas Cambii literas habere debere executionem
paratam, per notata per Iaſonem in l. elegãter, ff. de con-
ditio. indebiti: contra quas poteſt opponi infra biennium
exceptio non numeratæ pecuniæ ſi nõ fuerit ſoluta, tenet
Bal. in conſil. 60. lib. tert. & tex. in l. ſi excautiam, C. de non
numerata pecunia; habet locum etiam in literis cambii.
Idem firmat D. Matthæus de Afflicto in cõſtitutio. Cauſas
pro magiſtro Iuſtitiario, in 6. colum. ubi plura allegat &c.
103 Contingit † in dies caſus ſi nauis aſſecuratio de iure
iuſtè fieri poſſit, & an tale pactum ualeat. Dic quòd ſic, quia
ſtipulatio concepta ſub conditione, quæ pendet ex facto
incertæ perſonæ ualet, ubi rationis ratio reddi non poſſit.
Idem iuris eſſe debet & in poteſtate promiſſoris ſtipulatio
conferri non poteſt.
104 In † alternatiua autem ſummarum quod minus &
lon gius temporũ inſpicimus, l. à Titio, ff. de uerb. oblig.

Quero

105 Quero † ſi ualet ſtipulatio facta ſub conditione ſine alia cauſa, quaſi conditio ſuccedat loco cauſæ habetur, l. cum ad præſens, & per Bartholum ibi, ff. ſi cert. petatur.

106 Vidi † quoſdam Florentinos in ciuitate Neapolis tempore domini mei, D. Clementis Septimi Medices Pontificis Maximi, qui pactum fecerunt de ſoluendo mille ducatos ſi Papa eo anno periret, & ſi nõ moriretur ſibi dari duplum: fuit iudicatum ualere pactum in tali caſu. Onc-
107 ratis † nanque nauibus in Nobiliſſima vrbe Veneta, uidi quoſdam nobiles venetos, qui nauem aſſecuratunt ſtipulantes & promittẽtes decem millia ducatorum mercatoribus oneratæ nauis, ſi ipſa nauis ex Baruto, Candia, & ſeu Creta, uel ex Aſia tuta peruenerit Venetias; repromittẽtes illis earũ domini ſibi reddere æquipolẽs pro tali promiſſione aſſecurationis, pacto ad inuicem ſolẽniter interpoſito,
108 An talis ſtipulatio, pactum, & conditio ualeat? Et † an cõtractus huiuſmodi ſit licitus? Dic quòd ſic, l. naue Sauſelli, ff. locati, & per glo. ibi in uerbo oneris; & ita tenẽt Paul. de Caſtro, & Alex. de Imola in l. à Titio, ff. de uerb. obliga. firmantes non reperiri eſſe reprobatum hoc de iure canonico; & idem tenet & firmat D. Laurentius de Rodulphis in ſuo Tractatu uſuratum in tertia parte, quæſtione tertia.

109 Quero † de tributoria, quidam contraxerunt circa merces, actionem tantùm habentes in mercibus; & ſi fuerint in poteſtate conſtituti contrahentes debitum ſuum, deducent etiam extra cauſam mercis, niſi creditores præferantur ratione pignoris, & ſolę merces, aut id quod eſt ex eis redactũ ueniũt in tributũ, l. procuratoris, & per Bar.
110 ibi, ff. de tribut. actio. Et † de eo quod eſt contractũ in merce peculiari cũ eo qui eſt in alterius poteſtate, ipſo ſciẽ-
111 te, illi competit tributoria. Et † generaliter uerbũ poteſtatis, & uerbũ mercis, & ſimiliter verbũ peculii nulla facta deductione, & uerborũ ſcientia pro patientia. l. 1. &
112 per Doctor. ibi, ff. de tribut. actio. Tributoria † quæ competit mercatoribus, an detur in hęredes. Dic quòd ſic, & tenẽtur in eo quòd ad ipſos peruenit, & nõ eſt dolo,

ſed

ſed proptér dolum, & perpetuò datur, nec purgatur per actionem ex contractu,& in hęredes datur,ut ſupra,l.illud quoque.§.fin.ff.de tributor.Sed ſi plures ſint negociationes uel una,ſed plura loca,plures & ſeparatæ fiant contributiones per tex.in l.Procuratoris, ff.de tributoria &c.

113 Quid † ſi periret ſcapha cum mercibus extractis cauſa leuandę nauis, an habeat locum contributio. Dic quòd ſic, ſecus erit ſi nauis perierit, & ſcapha remaneat ſalua, l.nauis onuſtę,ff.ad leg.rhodiam de iactu.

114 Queritur † de expenſis factis ad inſtruendam nauem, an fiat aliqua collatio ſeu contributio. Dic quòd non. l.na

115 uis aduerſa,ff.eodem. Quero † de ſeruo qui non uolũtate domini nauem exercuit.an contra dominum dabitur actio de peculio. Dic quòd ſic,ſcilicet ſi ſciente domino exercuerit, quaſi tributoria in dominũ dabitur,& ea tenebitur,& in ipſum ignorantẽ de peculio actio dabitur,ut ſu

116 pra dixi. Et † ſi cõis ſeruus uoluntate dominorum exercuerit nauem ,in ſingulos actio dabitur in ſolidum,ut placuit Paulo Iuriſconſulto in l.fin.ff.de exercitoria actio

117 ne. Quid † de patre qui filium habet in poteſtate, & de domino qui detinet ſeruum in ſua poteſtate; an ex perſona filii pater,& ex perſona ſerui dominus teneatur? Dic quòd ſic,ſi ex ſcientia aut voluntate nauem exercuerit patris,uel domini. Nam qui exercitorem habet in poteſtate, ſi uolens fuerit in merce paterna, aut dominica reſpectiuè,& naturaliter obligatur in ſolidum, ſcilicet in peculari tributoria obligatur. Idem in nauali ſi ſola ſcientia ſuperuenerit,l.1.§.his qui nauem,ff.de exercitoria, & per Loffredum de Beneuento in prima parte ſui operis,in ma

118 teria exercitoriæ. Quid † ſi ſteterit prouiſio in ciuitate,quòd caput familię teneatur ad onera & faciat cuſtodiam, aut ſoluat tantùm omni anno, filius quidam familias ſub patria degens poteſtate, ſtat in alia domo cum vxore ſeparatus à patre, an pater pro filio prædicto ſoluere teneatur tanquam caput familiæ, vel filius in caſu pręmiſſo dicatur caput familiæ. Dic ſecũdùm Innocentium,

filium

per Bar. in l. vt bonorum, ff. de adeunda hæreditate, ſecun dùm tabulas, & in l. fi. C. de precibus Imperatori offerendis; & in glo. in c. Eccleſia, de elect. & per Bal. in l. quædā. §. numularios, & in §. nihil, ff. de edendo, & in l. 2. & ibi Bar. ff. de cond. ex lege, per Baldum in l. 1. C. eodem.

126 Et † illi qui tenētur edere libros, iura, inſtrumēta, & rationes penès ſe exiſtentes, tenentur etiam illas & illa edere quantumque ſint penès alios, quos tamen ipſi cogere poſſint ad exhibēdum, l. rem in nobis cum ſimilibus, ibi, ff. de acquir. rerum domi. & niſi de falſo redarguantur, ſine die & Conſule edi debent, ut notat Abb. in c. cum contingat, de fide inſtrumentorum.

127 Quero † de illis, qui naues exercuerunt & exercēt, & in futurum exercere uolunt, an conueniantur & conueniri poſſint pro portionib. exercitationis, & an in ſolidū alter pro altero. Dic conueniri pro portionibus ſuæ exercitationis: nec videbuntur inuicem ſui magiſtri, ut alter pro altero conueniatur. Sed ſi plures exercent, ſi unum de numero ſuo magiſtrum fecerint, huius nomine poterint in ſolidum omnes conueniri; & pariter ſi omnes inſimul

128 exercuerint. Et † ſi ſeruus plurium dominorum voluntate exercuerit nauem idem erit, quòd in pluribus exercitatoribus. Et ſi vnus ex communi uoluntate exercuerit, in ſolidū ille tenebitur, l. ſi tamen, ff. de exercitor.

129 actio. Quero † de mutuo facto magiſtro nauis, an mutuanti detur exercitoria. Dico quòd ſic, quatuor concurrentibus, ſcilicet cauſæ, veritas, prępoſitio, ſcientia, & cauſæ credulitas. Et idem eſt ſeruandum de inſtitoribus,

130 l. fin. ff. de inſtitor. actio. Occurrit † caſus dietim, quis intrat nauim inſcio nauta nauis magiſtro, an teneatur ipſi ſoluere naulum, ſeu mercedem uiatici, iuxta ſolitum. Dic quòd ſic, iure & æquitate ſuggerentibus.

131 Itē † quero an dominus nauis teneatur ex facto ipſius ſeruientium extra nauim delinquentium. Dic quòd nō, ſed bene tenebitur ſi deliquerint in nauim. l. debet, & Bartho. ibi ff. nautæ, caupo. ſtabul. & plus dicebat Bal. in l. ita,

§.1.ff.eo d.& Alex.in l.ſi cum dotem.§.1.ff.ſolut.matr. & latius de ho c habetur in d.titu.nautæ,caup.ſtab.& in tit. de incẽd.ruina,naufra.& in ti.de furtis aduerſus nautas; & extra.de rap.& incendiariis Eccleſiarum, ꝙ non tenentur magiſtri nauium pro damno dato, & delictis ſuorum famulorum, communi opinione bonorum & fidelium; & ita excipietur & probetur pro parte magiſtri nauis ſi victoriam conſequi intendit.
132 Quero † de nauta,ſtabulario,& ſeu de hoſpite vel caupone,qui dedit clauem ciſtæ, ſeu cameræ,ſtabuli,uel cauponæ intranti nauim, vel hoſpitanti; & inde fuit ſibi res ſubtracta furto,an teneatur nauta, ſtabularius,hoſpes aut caupo;quidam dicebant non teneri. Tu dic contrarium: per tex.in l.1.& in l.ſi rem,ff. commodati, & per Bonifacium de Mantua in ſuo libro maleficiorũ, in titu. de furtis aduerſus nautas.
133 Quid † de ſacho, & ſeu capſa ſigillata in naui poſita,& modo redditur ſachus, ſeu capſa apertus uel aperta, ſine ſigillo; contra nautam, cauponem, uel ſtabularium tunc erit præſumptio,& iurabitur in litem,& pariter contra familiam eorum iurabitur ſi ipſis fuerit aſſignata, uel per ipſos reſtituta, & in duplum tenebitur ciuiliter ad reſtitu-
134 tionem,l.1.ff.nau.cap.ſtabul. Et † iudex præmiſſo iuramento delato hoſpitanti,uel desſignanti ſtabit,qui nauim,cauponam, tabernam, uel ſtabulum intrauerat cum reb.& ciſta,aut capſa ſigillata & clauſa,ſeu clauata; arg.legis de actione in litẽ iurãdo,ff.de furtis, & legis in actio-
135 nibus.§.fi.ff.de policitationib. Et † ipſo facto nautæ, caupones,ſtabularii uidentur recipere & promittere res ſaluas fore, patiẽdo res intromitti,licèt ipſis non fuerint
136 ſpecialiter aſſignatę, l.1.ff.nautę,caup.ſtab. Quid † ſi ignorãte nauta, hoſpite,caupone,& ſtabulario,qs capsã in nauim,hoſpitiumvè,aut ſtabulũ poſuerit, ſeu faldellũ aut uallifiam in hoſpitio,equum in ſtabulo &c. An teneatur ponẽti ad emẽdã damni,aut furti actione, uel ad pęnã edicti pretorii,ut ſupra,ſi damnum paſſus foret ſecundum caſum
præ-

præcedentem, firmat Loffredus de Beneuēto doctor Anti quus non teneri in l.1. ff.depoſiti, & in titu.nautæ, caupo. ſtabul.per notata in cap.Super eo,extra quòd metus cauſat quia in recipiendo nunquàm conſenſit qui ignorauit, & per Bal.in l.1.§.Item Pōponius,ff.nautę, caupo. ſtabularii. quòd æquitati certè conuenit.

137 Exercitoria † ab exercitio dicta eſt, quia nautæ in claſſe, & milites in exercitu terreſtri debent eſſe exercitati.Nam ab exercitio,ut aliàs in libro antiquæ illuſtratę, & inſtauratę militiæ dictus eſt exercitus:quoniam in eo eſſe debent exercitati milites, & ita in omni ſcientia & arte eſſe debent exercitati homines,l. Milites,C.de re militari lib. 12. & l. legatis ſeruis,§. ornatibus, ff. de legat. 3.

138 Occurrit † caſus,pacto fuit conuentum in conductione gabellarum,quòd credatur libro publicanorum; Contigit publicanos finiſſe tempus ſuæ conductæ, an libro ſuo credatur,ſi uult aliquid recuperare occaſione prædictorum datiorum ſeu gabellarum ; tenet Dynus de Mugillo,quòd ſic,in l.aſſiduus,C.qui potior.in pigno.habeantur,quia durat priuilegium donec durat actio,etiam ſi transferatur in alium,arguendo de perſonis ad tempus iuris l. vniuerſis,ff. ſi certum petatur, & per Bal.in l.fin.ff.de iuriſdictio. omni. iudi.Vbi dicit quòd commiſſa tempore primi datiarii, licèt proceſſus ſit poſteà factus tempore ſecundi Datiarii ſpectare ad primum Datiarium, cuius tempore commiſſa fuerunt.

139 Iacobus † de Beluiſo tenet in proœmio digeſtorum per glo. ibi non credi libris mercatorum, & de mercatore loquitur,& non de publicano,qui cum fiſco,& ſeu ciuitate pactum fuit in conductione gabellarum credi libro ſuo;& ita ſeruatur in practica,niſi aliter foret dolo factum per dolos publicanos,quia tunc crederetur libris ſuis,l.exēplo,

140 C.de probationibus. Quæro † de libro fiſci,an pro ſe faciat fidem.Dic quòd non, l.exemplo,C.de probationi. & an contra ſe probet factam ſolutionem.Dic quòd ſic, ſecundùm Bar. in l. illatæ,C.de fide inſtrumen.& contra ſe

& pro tertio,& contra tertium probat,& non pro ſe contra alios,l. exemplo,C.de probatio. Et quis dicatur fiſcũ habere. Dic Principes,& Ciuitates omnes non recognoſcentes ſuperiorem;& niſi ex principali priuilegio uel conſuetudine ſibi permitteretur,& tunc ſuccederent in bonis uacantibus, ut dicit Bar. in l. 1.C.de bonis uacantibus, lib. deci.& in l.Item ueniunt, ff.de petitio.hæred.& in l. hoſtes, ff.de capti.& poſtlimi.reuer.& Bal.in l.hæreditas,ff. ad Sillanianum,& in l. 1.C.de hæred.decurio.& in l. 1.C.de hæred.in

141 ſtitu.& per Paul.de Caſt. in l. 1.ff.de iuſtit.& iure. Et † an fiſcus præferatur cuicunque creditori in exigendo. Dic præferri in prędiis tributariis,notat Bal.in l. 1.C.ſi propter publicas penſitationes. Vbi habetur de materia Tributorũ. Et an exactor teneatur ſeruare iura municipalia, & an requiratur ſubhaſtatio quãdo uenduntur bona mobilia pro tributis, habetur ibidem in l. 1. C. ſi prop. publi. penſita.

142 Quero † ſi fiſcus exigere poſſit credita ſua ante diem. Dic quòd ſic,neceſſitate præmente publica,l. 1.C.de conditio.ex lege, & l. 1.§. exactio.C. de rei uxoria actione,circa finem.

143 Quero † de ſcriptura Archiui ſi probet,& quãdo probet,& quando non. Dic requiri primò, quòd præſit officialis publicus ſuper archiuo: ſecũdò quòd ſcriptura poſita in archiuo ſit poſita inter publicas & auctenticas ſcripturas: tertiò quòd faciat fidem ex conſuetudine ſecundum quoſdam; ſed conſuetudo ſola ſufficeret abſque archiuo,c. cum dilectus de fide inſtrumen. ſecundùm Franciſcum de Aretio in cap.cum cauſam de probationibus. Et ad prædicta faciunt notata per Fel. in c.ad audientiã de præſcrip.

144 Item nõ probat extra territoriũ. Probat † ſi ex domo deputati officialis fuerit extracta per tex.in c.ad audientiã de præſcriptionibus. Probat & exemplum ſumptum ex ea cum auctoritate officialis. Probat & quando eſt in loco publico, ubi ſcripturæ publicæ & auctentice ponuntur; & in

145 hoc ualde prodeſt conſuetudo. Et † an ſit neceſſaria citatio partis quando extrahitur ſcriptura de archiuo publico

146 blico. Dic quòd non. Poteſt † & probari ſcriptura extracta de archiuo per comparationem literarum unius alterius ſcripturę poſitæ in archiuo, ſcriptæ manus eiuſdẽ.

147 Probabit † etiã circa plures ſcripturas, uidelicèt unã exiſtentem in Archiuo, & alias extra archiuum; ſed ſi ſibi contrariæ fuerint, creditur magis illi, quæ erit in archiuo; & quando de iure non probant, ſed de conſuetudine, probari debet conſuetudo.

Finis Libri primi.

ſorium, numero 40
Cucurbita quæ nam ſit nauis, num. 29.

Danaus Primus fuit, qui in Aegypto nauigauit, nume. 28.
Duillius Conſul arte ſuperauit Anibalem Humilicum Carthaginenſium Ducem cum Claſſe, num. 14. 15.
Duillius Conſul Romanus primus fuit, qui manus ferreas fecit in nauibus ad expugnandum naues, & primus fuit qui triumphauit in Vrbe pro bello nauali, num. 15. 16.
Dromones quæ nam ſint naues, nu. 38.

Ephacæ ſunt naues, homines ferentes, num. 26.

Fauſellus eſt nauigium Campanum, numero 30.
Forus unde ſit dictus, num. 39.
Fratres & ſorores utroque parente, an pariter ſuccedant cum fratribus prædictis; & illi qui ſunt uterini & ſeu conſanguinei ex uno tantùm parente, num. 22.

Gaius Princeps admirabilem nauem duxit in portum Hoſtiæ, qua Obeliſcum uectum in Vaticano poſitum, portatum fuit, & inde ibi obrutum, num. 4.

Imperatori, omnes tenentur Principes Catholici inclinare caput, numero 9.
Imperator qualiter Orbis uniuerſi dicatur Dominus, num. eodem.

Legia eſt velox nauis, num. 29.
Legatum factum nauis an debeatur ea diſſoluta, num. 20. 21.
Lembus eſt nauicula breuis, num. 29.
Liburnæ, quæ nam ſint naues, num. 27.
Liburnæ captæ ab hoſtibus & inde recuperatæ per noſtros, an ſint reſtituendæ primis dominis ſuis, num. 40.
Lintres eſt nauis fluuialis, nume. 29.
Lucius Heraclitus turritas naues in Italiam duxit, nume. 3.
Lucullus quare Fimbriam ſuccurrere noluerit cum claſſe, nu. 7.

Lucius

Lucius Piſo celeritate uicit Hironem Syracuſanum eum claſſe facta quadraginta quinque diebus, num. 13.

Maiopero eſt pyratica nauis, num. 29. 30.
Mala plura & ſortia tenenda ſunt in nauibus pro caſibus occurrentibus, num. 37.
Meliſſus Athicos quare captiuos ſignauit in fronte cum ſigno noctuæ, num. 30.
Mithridates cum Claſſe qualiter deriſerit Fimbriam non habentem Claſſem, num. 6. 7.
Muſculus quæ nam ſit nauis, num. 29.
Mortuus quare fuerit Cicero eloquentiæ parens, num. 37.

Naue capta à pyratis, an ſit contribuendum per illos, qui erant in naui tempore capturæ pro recuperatione nauis, num. 37.
Nauis tua ſi ruperit nauim meã, an teneatur dominus nauis Aquilia, num. 42. 43.
Nauis actuaria quæ nam ſit, num. 28. 29.
Nauigium pro nauigio & nauigatione ſæpe ponitur, num. 29.
Nauis piſcatoria an ueniat in locatione lacus, num. 25.
Nauis longa uelox unde dicta eſt, num. 28.
Nauis Thæſei fuit triginta remorum, num. eodem.
Naues conditoriæ, quæ nam ſint, num. 28.
Nauis comparatur Vrbano prædio, num. 8.
Nauis deſtructa & inde refecta, an ſit & dicatur eadem nauis, numero 19.
Naues ex forti & immaculato ligno conſtrui debent, num. 23.

Pericles qualiter ſignauerit hoſtes in fronte pro uindicta ſuorum, numero 30.
Peruſini an poſſint in lacu ſuo cõcedere aliquibus ius piſcandi, & aliquibus non, num. 24.
Petrus Apoſtolorum Princeps fuit, & vniuerſi gregis, num. 26.
Piſtris quæ nam ſit nauis, num. 31.
Pyratæ an poſſint habere dignitatem, num. 35.
Pyratæ ſunt excommunicati, ut latrones. nu. 36.

Præ-

Præſcriptionis effectus tanti temporis, cuius initij non extat memoria in contrarium, num. 23.24.
Pompeus quibus uerbis fuerit uſus erga Me nam pyratam, num. 35.
Pompeus qualiter ſuperauerit pyratas, num. 34.
Publius Aemylius, Demetrius, & Philopater philadelphus nauem admirabilem conſtruxit Triphonis quadraginta ordinibus remorum, num. 2.

Romani attendentes uirtuti, & gloriæ adhibuerunt diligentiam in fabricandis nauibus, & ordinando exercitum, num. 17.
Roſtra nauium hoſtium uictorum in publico ponebantur præ gloria, numero 38.
Regna quæſita ab infidelibus per Principes Catholicos, an ſint ſubiecta Imperio, numero 10.

Samia quænam ſit nauis, & à quo fuit reperta, num. 30.
Sedia quænam ſit nauis, num. 29.
Selata nauis, quæ nam ſit, num. eodem.
Scapha quæ ſit nauicula, num. 29.
Sclamus, quæ nam ſit nauis, num. 29.
Synedria nauis, quæ ſit, numero 29.
Scipio Aphricanus cum Claſſe ingenti à nemore exciſa, infra quadraginta quinque dies nauigauit in hoſtes, num. 12,
Statuta pœnalia ſunt ſtrictè intelligenda, & reſtringenda, num. 41.

Tiro Hippo cucurbitam nauem inuenit, num. 29.
Trabica nauis, quæ ſit, num. 29.
Trieres, quæ ſint, numero. 29.

Veneti an poſſint legitimè imponere onera, & gabellas in mari Hadriatico, numero 23,24.

F ARGV-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

Bellicæ Naues qualiter probè fiãt, & nominẽtur.
De uarijs nauticis negocijs, &
De fundi nauis legato inutili.
De præſcriptione & eius effectu tanti temporis, cuius initij memoria hominum non extat in contrarium.

ANTIQVI uarias naues conſtrue-
bant, diuerſis nuncupatas nomini-
bus, liburnas uidelicet à Liburna di-
ctas Dalmatiæ parte; Triremes, †qua
1 driremes, quinqueremes cum tribus,
quatuorvè, & quinque ordinibus &
modis, ac manibus remorum, ſex-
que, ſeptem, octo, decem, duodecim,
quatuordecim, ſexdecim, & ultra triginta, & uſque ad qua
draginta ordines remorum fuiſſe firmat hiſtoria.
2 Legitur † Publium Aemilium, Demetrium Antigoni,
magnas naues cõſtruxiſſe: & Filopatrem, ſeu Ptolomæum,
Philiadelphum, Trifonem, nauem quadraginta ordinibus
remorum feciſſe, quæ fuit longitudinis ducentorũ & octua
ginta cubitorum, & in altitudine quinquaginta duobus
cubitis; & cum quatuor millibus remis exercebatur, & in ea
erant quatuor millia remigantium, & pro pugna millia
tria bellatorum militum expertorum;
3 Et † Lucium Heraclitum naues turritas, & caſtellatas ex
Aphrica in Italiam duxiſſe.
4 Et † Principem Gaium ex Aegypto admirabilem nauem
prouehiſſe cum triginta & centum modiis lentis pro ſa-
burna ad ſuſtinendum eam, qua Obeliſcum in Vrbe uectũ
fuit,

fuit,modò in Vaticano ſtatutum,cum quatuor truncis lapidis de ſubtus poſitis apud ædem diui Petri Apoſtolorum Principis collocatum cernitur. Nec in mari uiſum fuit admirabilius, quàm fuerit dicti Gaii Principis caſtellata nauis,quæ,ut legimus,in Hoſtienſi portu ex leui latere demerſa inde fuit.

5 Claſſis mari, & exercitus in terra ſunt pro bello neceſſaria,& imperio ualdè proficua.Romani autem rerum Domini, ac Orbis domitores omni bello docti fuerunt utriuſque elementi terrę,& aquæ; optimè iudicantes Exercitum in terra, & Claſſem in aqua tam pro augumento & tutela Imperii,quàm pro bello & populorum uſu,& humana neceſſitate neceſſarium, ac neceſſaria fuiſſe.Accidit quandoque Principes pulſi ſunt ab hoſte cũ exercitu terreſtri bello apud loca maritima circundata ab aquis, quæ occupari ab hoſte non poſſent in terra manẽte ſine claſſe,qui ſi claſſem habuerit,uictor in terra & aqua permanebit ſuæ claſſis præſidio. Nam claſſis, amicis in terra degẽtibus occurrere facile poteſt, & pariter exercitus degens in terra, ſuæ claſſi animum auget,& auxilium affert cum audacia.

6 Rex † Ponti Mitridates à Fimbria uiro experto bellorũ Marte fugatus,ſe in Pritaneum reduxit,dubitans experiri pugnam cum Fimbria audatiore effecto ob uictorias multas per ipſum habitas contra Regem, claſſem cõgregauit, cogitãs ſibi magis expedire experiri maritimo bello,quàm terreſtri,Fimbria indigente nauigio.

7 Et † ſi Lucullus Syllæ legatus,à Fimbria uocatus,in præſidium ueniſſet cum claſſe contra Mitridatem, marte quidem ſuperatus & captus tunc Rex Ponti facilimè fuiſſet in terra & aqua,quod facere neglexit Lucullus propter Syllam;cuius iuſſu bellum gerebat;& ne Fimbria fuiſſet particeps honoris & gloriæ ſuæ, permiſit Mitridatem euadere per aquas,relicto Fimbria in deriſionem barbarorum.

8 Nauis † cõparatur urbano predio,l. 1.§.ſi quis de naui, ff.de ui & ui armata,& per Bal.in l.certi,ff.locati. olim naues,ut diximus,paruas & magnas fabricabat Antiquitas,

maiores & minores diuerſæ qualitatis,& magnitudinis,& uariæ formę,quàm ſint illæ,quas hodie Inclytus Venetorũ Senatus, & Lyguria in Italia cõſtruit,& illæ quas inclyta Gallia, Hiſpania, Luſitania, Oriens, Aphrica, & Græcia contexit.

9 Et † licèt, optime Cæſar Auguſte meritò uoceris uniuerſi Orbis Dominus, & æquè tenentur omnes tibi ſeculares Principes inclinare caput,& cum tributo recognoſcere,ut uero Dei Vicario in temporalibus cap.Imperium, & cap.quoniam, diſtin ct.10.& l.deprecatio, ff.ad leg. rhodi.de iactu,& per glo.in c.Hadrianus, 83.diſtin.

10 Si † aliquis tamen Principum Catholicorum probaſſet ſe eſſe exemptum à tributo, non ſoluet tributum terreno Imperatori, l. fi. ff.de cenſib. & c. Ecce uiges. tertia quæſtio. octa. quantùm autem ad reuerentiam & inclinationem capitis, nullus Principum ſecularium poteſt eſſe exemptus, quoniam Imperator Catholicus eſt Dei Generalis Vicarius in terra quantùm ad temporalia,& pro Deo meritò exercet Imperium,cui ex debito Principum, & Regum ſecularium omnium & populorum Catholicorum reuerentia debetur pro Dei gloria. Nec Auguſto Cæſari tenebitur ille ſoluere tributum pro Regnis per ipſum marte quæſitis ab infidelibus primitus occupatis quorundam incuria, odio,& diſcordia Principum,firmat Canon capituli Hadrianus,& glo.ibi.83.diſtin. & per Abbatem in c. nocuit,de iudiciis.

11 Legitur † mirum dictu Appii Claudii Romanorũ Cõſulis,qui cum claſſe magna ex arbore excìſa,60.die nauigauit,& bellum maritimum Carthaginenſibus intulit.

12 Et † Publius Cornelius Scipio, qui poſt Aphricanus dictus fuit, deuicta per ipſum Aphrica,cum Claſſe magna à nemore exciſa, infra quadraginta quinque dies fabricata & munita nauium quinque ordinũ remorum celeriter nauigauit in Siciliam, & repente in Hiſpaniam ubi hoſtes pluries rupit & totam Hiſpaniam, capta noua ibi per Pœnos fabricata Carthagine, munitiſſimum locum cœpit à

parte

parte maris hora aquæ decreſcentis, & ditioni Romanæ ſubegit; & opera tanti Ducis in Aphricam poſt affretauit cum Claſſe prædicta & exercitu, vbi ſecuta per ipſum uictoria, rupto ſua uirtute Cephace Numidarum Rege, Aſdrubale, Cygrone, & Anibale. Barca Carthaginenſium Ducibus gloriosè triumphauit.

13 Et † Lucius Piſo contra Hyeronem Syracuſanum Regem fuit fretum ingreſſus cum Claſſe ducentarum & uiginti nauium ex arboribus & nemore exciſarum, & munitarum quadraginta quinque diebus, & tanta uelocitate hoſtem uicit, ut ille ſæpius ſe uictũ fateretur & diceret, quâ in hoſtes uideret.

14 Et † ſenior Anibal himilico dictus Pœnorum Dux, cum ſeptuaginta nauibus oram maritimam Italiæ ſumma ingreſſus uelocitate, Gneo Cornelio Aſina, Gneo Duillio Conſulibus; qui diebus ſexaginta exciſa ab arbore claſſe centum & ſexaginta nauium uellificando mare trãſnauit; & Gneus Duillius in nauibus ſuis ferreas manus ad capiẽdum hoſtiles naues primus arte fecit, & cum Gneo Cornelio Aſina expugnata Lyparia ad pacis conditionẽ ductus, punica fraude ab Anibale captus fuit, & in uinclis necatus.

15 Poſt † ex improuiſo cum triginta nauibus ſuperuenit alter Conſul Gneus Duillius, & commiſſo prælio Anibalem himilicum Carthaginenſium Ducem uicit, & quinquaginta quinq; naues punicas cepit, & alias quindecim Pœnorũ naues merſit; tribus millibus hoſtium cæſis; & millibus ſeptem captis; & uix Anibal himilico una ſcapha fugit Carthaginẽ: & hic Duillius fuit primus qui pro maritimo bello triumphauit, ut Romana firmat hiſtoria.

16 Et † cum alia uice pugnaſſet nauali expeditione in hoſtes preliaret Duillius Conſul Romanorum, & ſuas naues ponderoſas aſpiceret, & Claſſem hoſtium eſſe leuem, & perſæpe decipere ſuas naues, & milites ſuos reputari uiles, inſtrumẽtis ferreæ manus uſus fuit trahendo ad ſe hoſtiũ naues, & illicò Romani iactabant pontes ſuper hoſtiũ nauigia, & illa capiebant & concremabant; & arte tali ui-

ctor

ctor permanſit Duillius cum ſua ponderoſa claſſe. Pro-
17 pterea † Romani attendentes gloriæ & uirtuti, magnum ſtudium adhibuerunt in fabricandis nauibus, putantes nil intereſſe uirtutis, an equis in terra, aut nauibus in aqua pugnaretur. Hoc me moto fundamento, De illuſtrata militia terreſtri iam facto cōpendio ſcripſi. De re quoque & diſciplina aquatica & nauali: quia ut aliàs dixi, Imperatoriam decet Maieſtatem nō ſolùm armis in terra uno ex quatuor elementis, ſed etiam in aqua altero ex elementis quatuor, uidelicèt aere, terra, igne, & aqua; ſed legibus armatam & decoratam eſſe opportere, antiquorum Romanorum exēplo Imperatorum: qui ſua uirtute præ gloria triūpharunt in re bellica.

18 Et † uolentes Athenienſes fabricare claſſem, nullam habentes materiam faciendi funes, uſi fuerūt capillis mulierum tonſarum, & idem fecerunt Rhodiani, & Maſſilenſes.

19 Queritur † modo de caſu naualis materiæ, ſi nauis deſtructa & refecta in eadem carina ſeu fundo, dicatur eadem nauis. Dic quòd ſic, l. quod in rerum, §. fin. ff. de lega. 1. & per Doctor. in l. inter ſtipulantem, §. Sacra, ff. de uerborum obligatio. Nam ſæpe refecta nauis, remotis tabulis ita quòd nulla tabula in ea remanſerit ex primis ueteribus, propterea noua non dicetur, ſed uetus, l. proponebatur, ff. de iud. & per Fely. in cap. cum accesſiſſet, de conſtituti. & in cap. conſuluit de iudi. et hoc eſt bonum ſcire pro formandis libellis in iudiciis &c. nè ſuccumbant in cauſis &c.

20 Eſt † quoque notandum, quòd facto legato nauis, & ea diſſoluta, & poſtea refecta, comprehenditur etiam nauis refecta ſuper eodem fundo, ſeu carina ueteris deſtructæ nauis, l. quod in rerum, §. fin. & per Bar. ibi, ff. de lega. pri. Carina eſt nauis uenter, & cum nauis legaretur ſub nomine proprio, tenet legatum, & ſi ſimpliciter nomine proprio non adiecto legaretur, & deſtructa ſit nauis, & inde particulatim reficeretur, nō extingueretur legatū, ꝓ ut nō extinguitur legatum domus particulatim refectæ; ſecus ſi tota deſtrueretur, l. ſi domus. & per Bar. ibi, & l. quod in re-

rum

rum,ff.de lega.1. & l.lana,§.1.ff. de.leg. 3. Et ſi non adiecto nomine fundi & nauis legatur inutile foret tale legatũ
21 & non ualeret,l. legatum generaliter, ff. de lega.3. Et † ſi proprio nomine legatur nauis, & non deſtruitur non eſt dubiũ,aut deſtruitur manente carina.i.fundo nauis, quod ſentina dicitur,& eſt tunc attendendus propoſitus quo diſſoluta fuit nauis,ut in gl.probatur,l.qui res,§.Arcam,ff.de ſolutio.& l. qui grege,ff.de legatis primo.

22 Dominus † quidam nauis notabilis ualoris, ut Deo placuit,deceſſit in portu Cæſenatico ſine filiis,relictis poſt ſe fratre & ſorore ex utroque parente,& duobus nepotibus ex fratre & ſorore cõſanguineis,ſeu uterinis ex patre tãtũ, & aliis duobus ex matre tantùm uterinis, & aliis duobus fratre & ſorore uterinis tantùm. Quis prædictorum ſuccedat in dicto nauigio, & hæreditate dicti fratris domini,& ſeu patroni nauis ab inteſtato defuncti. Dic fratrẽ & ſororem ex utroque natos parente dicti patroni nauis pariter, cum hodie ſit ſublata differẽtia ſexus, l. maximum uitium, C.de filiis præteritis,& in authẽ.itaque,iũcta glo. C. communia de ſucceſſionibus. quoniam iura duplicata præferuntur habentibus unum, ut in §. hæc omnia,authen. de uterinis fratribus,& l.fin.§.pri.C.de edicto diui Hadriani tollendo.

23 Forti † autem,ſicco, & immaculato ligno fieri debent naues abſque fraude ligni,& magiſterii, cum ſuo ferro,& debitis roſtris ferratis, prora, & pupi,temone,arbore, uelis, arte & magiſterio omni per fidos magiſtros; ut probè faciunt Veneti in Arſenario ſuo benè munito pro fabricandis & inſtruendis nauibus. Nam hi prudentia ſua maris Hadriatici iuriſdictionem & dominium præſcripſere per tantùm tempus,cuius initii memoria hominum non extat in contrariũ,ut aliàs dixi in libro terreſtris antiquę illuſtratę& inſtauratę militię,in Trac. de nõ pugnãdo niſi pręmẽte neceſſitate; nè dum per annos centum, ſed mille & ultra, ſciente & patiente utroque Orbis Luminare, Papa uidelicèt,& Imperatore; ut firmant Bar.Bal.& Angel.in l.2.ff.dę

aqua

aqua pluuiali arcen. & Innocentius in cap. veniens, & in cap. Nouale, extra de uerbo. ſignific. Et talis præſcriptio, cuius initii memoria hominum non extat in contrarium, pro priuilegio legitimo habetur, l. 2. §. Ductus, ff. de aqua quotidiana & æſtiua, & glo. & Doctor. in cap. ſuper his, §. præterea, de uerb. ſign. Et talis præſcriptio, & conſuetudo habet Principis poteſtatem, l. Domini prædiorum, C. de agri. & cenſitis lib. 10. & l. 3. & l. Nec exemplo, & per Bal. ibi, C. de probatio. & in l. ſi plures de conditio. inſerta: & talis præſcriptio & conſuetudo tanti temporis, ut ſupra, ſufficit abſque alio iuſſu, & licentia Principis, l. vectigalia, C. de uectigalibus & commiſſis eorum. Propterea Bald. Salycetus, & communiter Doctores in l. 3. C. de nautico fœnore, tenent dominium Venetũ in ſuo Gulpho maris Hadriatici legitimè imponere, & exigere gabellas & pedagia, habetur per Bal. in rubr. ff. de rerum diuiſio. & per Bartholomæũ Veronenſem in ſuo Tractatu ſeruitutum, in titulo de mari: quia eſt Ciuitas libera ſita in mari, ubi ædificiũ cedit ædificãti, l. 1. §. nunciatio, ff. de noui oper. nuncia. & inſtitu. de rerum diuiſio. in princi. Et quòd ualent ſtatuta per ipſos Venetos facta circa gabellas ſui maris Hadriatici ex conſuetudine, & priuilegio ſuo &c. & ponere onus penſionis poſſunt ędificantibus in ſuo littore, aut in mari Hadriatico ſoluendæ fiſco ſuo, l. 2. §. ſi quis nomẽ, ff. nè quid fiat in loco publico.

24 Propoſuit † Bartholus caſum in l. 1. ff. ut in flumine publico nauigare liceat, An Peruſium poſſit concedere aliquibus ius nauigandi, & aliquibus prohibere in lacu ſuo Peruſino, & dicit Peruſium habere regalia in lacu, & territorio ſuo; & propterea poſſe talem licentiam aliquibus concedere nauigandi, & aliis prohibere: quia aquæ, & earum curſus dicti lacus ſunt ipſius ciuitatis, & pertinent ad ipsã ciuitatem, ad quam pertinent regalia dicti lacus, cap. 1. quæ ſint regalia in deci. collatio. & in l. 2. ff. nè quid in loco public. & gloſa incipiente lex municipalis, quòd non procederet ſi à priuato non habente regalia in territorio concederetur, aut prohiberetur tale ius nauigandi.

Que-

25 Queritur † ad quem pertineat Nauis piſcatoria lacus Peruſini. Dic ad emptorem, & ſeu conductorem piſcariȩ dicti lacus, ita tenet Bal. in l. 2. ff. de uerbo. ſignifica. & in l. ſi addes, §. illud, ff. locati, & in l. item ſi fundi, §. ſeminatores,
26 ff. de uſufructu legato. Proculdubio † Antiqui vt dictum eſt maiores & fortiores naues faciebant, quàm noſtra fiant tempeſtate, & cum neceſſario miniſterio ſchiphiſve ſuis; quarum aliquæ magnæ & longæ, quæ Situlæ nuncupantur; & Onerariæ ut hodie dicuntur, & quædam Ephacȩ nuncupantur, i. homines ferentes, l. 1. §. & ſed ſi ab alio, & §. nauem, ff. de exercitoria actione. Vnde Apoſtolorũ Princeps & caput beatus Petrus dictus eſt Cæphas à Chriſto, i. Princeps & caput omnium Apoſtolorum, & hominum uniuerſi Orbis. Nec mirùm, quoniam fuit à Deo dum piſcaret piſces, electus piſcator hominum, & caput uniuerſæ carnis Petrus fabri filius humilitate rectus: quẽ magis elegit pro Paſtore ſui gregis, quàm Auguſti filium ſuffultum ſuperbia, ob quam non bello, ſed tantùm Domini mente deiecti fuerunt è paradiſo mali Angeli cum duce ſuo Lucifero, uno ſibi tantùm dicente Archangelo Michaele Dei uirtute & gloria, ut maior inquit Iacobus Apoſtolus, vobis impe rat Dominus, & omnes ſuperbi ſequaces Luciferis vt pluuia deſcenderunt in terram tenebroſam caligine.
27 Liburnæ † ſunt naues roſtratæ ferro, quibus non uẽto, ſed remis pugnatur, impulſæ hominum ui, arteque & ingenio, & cum miſſilibus armis, l. 1. C. de cupreſſis ex luco Damaſi libro 11. Antiquis enim legitur hiſtoriis, Romanos contra Pœnos & alios hoſtes, propriis & confȩderatorum ſuorum liburnis uiribus impulſis peroptatas uictorias plu
28 ries fuiſſe conſecutos. Nauium † multæ ſunt ſpecies, uariis, ut aliàs dixi, nuncupatæ nominibus, legi nauem longã fuiſſe dictam ab Argon, quod eſt uelocitas græco uocabulo, uel ab Argo architecto, qui Argonautã fabricauit: qua in ſinu Pegaſæo, Medæam crudelem fȩminam tranſnauit Iaſon; & huius nauis auctor fuit Philoſtephanus, cantatque Lucanus.

Prima fretum ſcindes Pegaſæo littore primus,
Terrenam ignotas homine in proiecit in vndas, . Danaus autẽ in Aegypto primus fuit, qui nauem aduexit, & ibi rathibus primò nauigabatur Amilios, & Troianos primò uſis in Helleſponto aduerſus Thracas. Cæteræ naues ſunt craſſæ & magnæ ad ſimilitudinem piſcis cętæ, à cœtu dictæ, multorum ibi in unum congregatorum. Triginta remorum fuiſſe nauem Theſæi, & talem ordinem Athenienſes ſeruatum uſque ad tempus Demetri Fallerii legimus, teſte Plutarco.

29 Tignis † longis inſimul colligatis, conditarias naues Claudius Codex perſtruxit in fluminibus. Sedia inculta eſt nauis, iuncta cum trabibus. Sinedria eſt alia paruula nauis, quę nauigat in loco ubi hincinde uoluitur aqua, & eſt à portu, aut à loco ſic dicta. l. 1. cum glo. in §. magiſtrum, ff. de exercitoria actione. Trabica nauis eſt fixa cum trabibus, Sclata nauis & lata, Plata a uulgo nuncupata. Muſculus eſt curuum & breue genus nauigii. Nauigium autẽ pro naue & nauigatione perſępe ponitur, l. 1. ff. nè quid in flumine publico fiat. Scapha eſt ſchiphus, quam batellum uocãt Veneti. Actuaria nauis eſt celeris nauis, dicta ab actu celeri à uento, aut remis impellenda. Cœlox eſt breuis nauis & uelox à radiis reperta. & Legia eſt alia uelox nauis & celer, ut carina. Cucurbita eſt tarda nauis dicta à cucurbita à Thiro Hippo reperta. Arca nauis eſt piſcatoria ita dicta, & pariter Cimba & Sclamus. Lintres sũt fluuiales nauiculæ, ut Indianę Schaphulę à troncis arborum cauatę.

30 Legitur † apud Indos reperiri arũdines tãtę lõgitudinis & groſſitudinis, ut ſingula internodia alueo nauigabili per trinos interdum homines deuehant quina cubita exceden tes lõgitudine. Lembus eſt nauicula breuis & uelociſſima, quam fiſularíam uocant Veneti, à Cyrcenſibus inuenta. Fanſellus eſt remigium campanum ferens cohortem unam militum. Circirium eſt nauis à Cypris inuenta. Samia, ſeu Samena eſt rotunda nauis, quę fuit inuẽta in Samio à tyrãno Polycrate, & uſa Duce Melyſſo cõtra Athenięſes, quos rupit Melyſſus nauali bello experto. Et Melyſſus odium im

prudenter

prudẽter exercens in fronte captiuorũ Atticorum noctuã ignito ferro ſignauit; poſt rupto Melyſſo per Athenienſes Duce Periclete, pro ultione & iniuria recepta, capta Samiorum urbe, illius deſtruxit męnia, & diſſipata hoſtium claſſe tributarios fecit; & captiuorũ in frõte accenſo ferro imprimere Samenũ: & nota fuit uirtus Pericletis, qui per nouem uices glorioſè per uictoriis per ipſum habitis triũphauit, & demum febre periit; & poſt ab inuidis cum in ui
31 ta mordentibus fuit ualde commendatus. Aſiana † nauis eſt magna. Trieres ſunt longæ naues. & Piſtris eſt bellica nauis ad ſimilitudinem piſcis, & illorum ſpinarum facta ſquamis eorum etiam inſpectis pro armis defenſoriis, ut Rubertus Gualturius firmat ſcribẽdo de Nauali exercitio.
32 Bucentarius, † ſeu Bucentaurus eſt regia nauis, dicta à buccinis ad tauri ſimilitudinem, ut Centaurus tali nuncupata nomine, ut eſt illa Inclyti Veneti Senatus à ſigno tauri dicta, quòd naui cum nomine fuit impoſitum, iuxta illud Virgilii.

Centauro inuehitur magno, & in alio loco,

Ingentem remis Centaurum promonet, Ille.

Maioparo eſt pyratica nauis uiminibus & coreo contexta.
33 Cæſar † dum fugeret iram Syllæ captus fuit à pyratis Cyliciæ, & inde per amicos Inſulæ Mœlos unius ex quinquaginta duabus cycladibus maris Aegæi liberatus extitit pecunia; & dum ſtaret in captiuitate inquit. ſi hoc ſciret Sylla utique gauderet, & his obnoxius foret; & cãtãdo, legẽdo, & ridendo imperabat pyratis, & minabatur illos ridendo crucifigere, quòd poſtea fecit liberatus à captiuitatę. Nam uectus claſſe, pyratas inuaſit, & illos cepit & carcerauit in Pergamo, & ut illis p̃dixerat ipſos crucifigere fecit.
34 Et † cum pyratæ infeſtaſſent mare Tyrrenũ, aliàs Siculum nuncupatum, latrociniis multis cum mille nauibus congregati; captis in terra quadringentis ciuitatibus, tenta per ipſos in mari & terra cuſtodia uirorum ſtrenuorum & expertorum in aqua & terra in maximo numero congregati cum nauibus uelocisſimis ornatis auro, & argento &

purpureis uelis & remis pro medietate argenti, uolentes ornare eorum nequitiam, rapinas, & latrocinia; pluribus ex Romanis captis & uenundatis & cæſis: contra quos Põpeus Magnus iuſſu Senatus Populiq́ue Romani, cum nauibus quingentis, & exercitu uiginti trium millium peditũ, & equitatu quinque millium, cum duobus Queſtoribus, & uiginti quatuor Præfectis, & quindecim Legatis per ipsũ electis ex Senatorib. cum debita prouiſione claſſem duxit contra pyratas; diuiſo mare anteriore in tredecim partes, datis illis Ducibus, cum debita nauium portione; & illicò ſuis ordinatis copiis, fuit mira celeritate perſecutus pyratas, & illos inſimul reduxit & circuiuit, vt uenator facit de feris in circlo, & laqueis: & Pyratæ in fuga poſiti, ſe reduxerunt in Cyliciam per uaria loca, quos Pompeus cum expeditis quadraginta nauib. expertis in aqua & terra optimè armatis fuit inſecutus celeriter, & inuaſus illorum primitus direptis latrociniis per ipſum circundato mare Thyrreno, Lybico, Sardonico, Cirnço, & Siculo omni fugata mora; & infra quadraginta dies reſtituit libertatem mari, & terræ con fertili cornu, & abundati copia Cæreris; miſſis ad Vrbem quæ tunc indigebat frumento, ex qua diſcedens cum claſſe relicta Brunduſii, nauigauit Athenas, ubi reperiit hos uerſus.

Quantum ultra uiros cernis, tantùm Deos ipſe es;
Te miramur & uidemus, committamur, colimus;

& montem taurorum experto marte liberauit ab exercitu pyratico, omnibus pyratarum nauibus, inter quas erant nonaginta roſtratæ, parcito igni & ferro contra multitudinẽ pyratarum, quos in captiuitate deduxit, & triumphauit in Vrbe pro uictoria pyratica.

35 Pacato † Sexto Pompeo magno cũ Cæſare, & Marco Antonio, inter opulenta eorum conuiuia magna, ubi aderat Antonius in menſa cum Pompeo, cui ſecretò Menas pyrata dixit ſummiſſa uoce; O Sexte ſi uis te faciã Imperatorẽ nè dum Sardiniæ & Siciliæ, ſed Romani Imperii: ad

cuius

cuius uerba ſuſpectus aliquantulum permanſit Pompeus, deinde illi reſpondit, ſi hoc facere uolebas, neceſſe erat per te illud fieri me inſcio.

36 Notandum † eſt, quòd pyratæ & latrones huiuſmodi ſpoliantes itinerantes ſunt adeò odioſi legibus, quòd iudicantur illi benefacere qui debilitant & mutilant ipſos, nè maiora committant, cap. ſi quis, uigeſ. ter. queſtio. 5. & cap. ſi quis Romipetas, uigeſ. quar. queſt. 3. & ſunt ipſo iure excommunicati pyratæ à Canone: & hos Papa omni annuo ter excommunicat, cap. excommunicati, extra de rap. & incendia. ac uiolatoribus eccleſiarum.

37 Quid † iuris ſi nauis capta foret à pyratis & redēpta, An omnes teneantur conferre? Dic quòd ſic, quia ab omnibus eſt conferendum pretiū redemptionis, ſecus à pretio rerum tunc ablatarum à pyratis, l. 1. ff. ad leg. Rhodi. de iactu. Nam pyratæ & perſonæ huiuſmodi turbantes ſecuritatem nauigantium, & itinerantium infames ſunt ipſo iure, & hoſtes publici: Qui de iure propter eorum infamiam nō poſſunt fieri milites, neque Doctores, nec habere dignitatem ullam, l. 1. & penul. ff. de teſtamento militis, & l. Miles, ff. de re iudic. & per Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere poſſint, habetur in authen. Nauigia, C. de furtis, argumen. l. Cæſar ff. de public. & uectigali. & l. ex hoc §. fin. ff. de alienatio. iudicii mut. cauſa facti, & in l. Hoſtes, ff. de uerbor. ſignificatio. & per Innocentium in c. ſicut, il terzo, de iureiurando. Vbi hebetur, quòd pyratę poſſunt impunè derobari, offendi, & occidi.

38 Curandum † eſt in re nauali habere fortia mala pro nauibus, & duplicata triplicataue ad res ſubditas, & occurrendas in maritimo exercitio. Nam ſine malo ſunt inutiles naues, l. malum, ff. de uerbor. ſignificatio. Et captis per Romanos nauibus Carthaginenſium in bello Punico, roſtra nauium per ipſo Romanos ablata fuerunt, & poſita in foro publico, ubi ius reddebatur ad ęternam memoriam uictorię adeptę, & ibi pro roſtra loca ſunt dicta, ut de M. Tullio Cicerone occiſo cantat Aquinas Poeta Iuuenalis.

Inge-

Ingenio manus, ac ceruix cæſa, nec unquàm
Sanguine Cauſidici maduerunt roſtra puſilli.
O fortunatam natam me Conſule Romam,
Cedant arma togæ, concedant laurea linguæ.
Antonij gladios potuit contemnere ſi ſic omnia,
Dixiſſet, ridenda poemata malo
Quam te conſpicuæ diuina Philippica fama.

ob quas Philippicas, quindecim inuectiuas perit vterque Orator Græcus, & Italus; Philippi cauſa Regis Tyranni, & Antonii uindicis hoſtis Tullianæ uirtutis acerrimi.

39 Cauſæ † ſunt in foro decidendæ de iure cõmuni. Nam forus à fando dictus eſt, ſeu à Foronæo Rege; qui primò legem dedit Græcis, c. forus de uerbo. ſignific. c. Moyſes, 7. diſtinct. & l. 2. ff. de orig. iur. Dromones ſunt longæ naues ſine ſentina, aptæ ad pugnam, & onera ferendum, cum quaſi pleno corpore cooperto tabulis &c.

40 Iure † cautum eſt Liburnas, & ſimiles naues magnas pro pugna conſtructas, & ad uſum populorũ; ſi ab hoſtibus captæ fuerint naues huiuſmodi, & inde per noſtros Catholicos milites recuperatæ, reſtituendæ ſunt iure poſtliminii dominis earum, quòd fallit in ſchiphis, & aliis paruis nauibus, l. Nauibus longis, ff. de captiuis & poſtlimi. reuerſis.

41 Dicebat † Baldus in l. 3. C. de nauti. fœno. quòd ſi nauis fuerit confiſcata, in tali confiſcatione non uenit neque comprehẽditur ſcapha, & pro hoc facit tex. in l. ſi nauẽ, ff. de fundo inſtructo. Vbi dicitur, ꝙ ſi Titius uendidit nauim cum inſtrumentis, non cõtinebitur ſcapha; qui res quæ poſſunt ſeparari abſque corruptione ſubiecti ſeparabuntur, & non confiſcabuntur, & ibi Bal. illorum reprobata opinione dicentium ſcapham uenire in tali confiſcatione ut acceſſoriam nauis, argumen. l. nam quod liquide, ff. de penu legata, & l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, ff. locati; quod nõ procedit in pẽnalibus & odioſis de iure reſtringendis, l. quicquid aſtringendæ, ff. de uerbor. obligati. cum ſimilibus.

42 Quærò † de caſu ſæpe occurrenti inter nauigantes; ſi nauis Antonii irruerit in nauim Titii, uel in retia piſcatoria,

ria,aut funes anchorarū, aut nauim merſerit, ruperitque, An teneatur aquilia. Dic, quòd ſi in poteſtate fuerit nautarum nè id accideret, & id culpa fecerit, tenebitur aquilia; aliàs non tenebitur in aliquo, l. quemadmodum, §. ſi quis nauis, ff. ad legem Aquiliam.

43 Quid † de illo, qui claues gubernaculorum ex aliena naui acceperit, & hac de cauſa perit nauis inopinatè in portu onerata mercibus, qua pęna teneatur? Dic teneri omniū rerum nomine, etiam ſi unum ex dictis clauibus accepiſſet Senatuſconſulti ſtatuto, facto Claudianis tēporibus, l. quod naufragium, §. Senatuſconſultum, ff. de incendio, ruina, naufragio; & l. ſi quis in graui, §. ſi quis tabulas, ff. ad Syllanianum Senatuſconſultum, & alio etiam Senatuſconſulto eſt cautum eos quorum dolo malo, aut conſilio naufragii ſupreſſi, per uim fuiſſent nè nauis ſibive periclitantibus oppituletur legis Corneliæ de ſiccariis, affligi pœna ultimi ſupplicii, l. quo naufragium, §. penul. ff. de incendio, ruina, naufragio. &c.

Finis Libri Secundi.

LIBER TERTIVS DE RE NAVALI.

*ACTIO pro ſocio an cōpetat ut ſeruetur ſocietas. nu.*73.
Actio pro ſocio an trāſeat ad hæredes, numero 32.37.
Actione pro ſocio an ueniat intereſſe, num. 33.
*Actio communi diuidundo an tollatur actione pro ſocio numero.*52.
*Ager emptus à pluribus ſocijs, ubi eſt fodiendum marmor parius, qualiter ſit diuidendum marmor inter ſocios, num.*58.
*Animalia poſita in ſocietate ſi perierint culpa ſoccidarij, uel diuino iudicio, cuius ſit damnum; & qualiter diuidatur ſocietas, & an ſeruetur capitale, numero.*84.85.
*Ariſtidis quale fuerit conſiliū ſanum pro armanda claſſe, nu.*4.5.7
*Cato qualiter militem inſolentem & ignauū punierit in claſſe, nu.*18
Campſor pro pecunia depoſita, cum qua fuit multùm lucratus, ſi dederit quid deponēti, an fecerit uſuram deponēs? nu. 25.26.27.28.
*Cæſar, & quàmplures alij Duces optimi, natandi peritiam habuere, numero.*8.9.10.
*Cæſar nauigando dilatauit Romanum Imperium, numero.*10.11.
Cæſar qualiter Commentaria ſua ſeruauerit natando, numero 10.
*Cæſar qualiter nauali bello ſuperauit Regem Aegypti, numero.*10.
*Cæſaris fortuna qualis fuerit in aqua, & terra, numero.*11.12.
*Cibaria & annonæ ſunt in claſſe multa ponenda, numero.*1.
*Cleopatra Regina Aegypti qualiter perierit, numero.*13.
*Coliſa nauis an ſit reficienda per illos, qui merces ſuas ſeruauerunt, numero.*21.
*Contra hæredes ſociorum an actio detur pro ſocio, numero.*37.
*Creditor an poſſit debitorem ſui debitoris pro re pignori data legitimè grauare pro ſuo credito, numero.*54.

Culpa

Culpa leuis in ſocietate eſt non adhibere eandē diligentiā, quā quis eſt ſolitus adhibere in reb. ſuis tempore cōtractæ ſocietatis, nu. 91

Deceptis in diuidendo eſt ſuccurrendū magiſtratus officio, nu. 98. 99.
Diligentia unius ſociorum an ſit compenſanda cum negligentia alterius ex ſocijs, numero 90.
Diuiſio qualiter fiat inter ruſticos laborantes cum bobus, & cum perſona familiarum ſuarum, numero 96.
Diuiſio facta inter fratres quando eſſe debeat firma, numero 98.
Diuiſio quando eſt facienda, & quando non, & in quibus rebus cadat diuiſio, & in quibus non, numero 99.
Domus pluriū deſtructa per Curiā pro delicto unius ex dominis domus, ā teneatur curia reficere partē ſuā illi qui nō delīquerūt, n. 95
Dolus commiſſus in perdendo, an faciat perdere beneficium, num. 77.
Dominus rei uendendæ, ſi dederit rem ipſam uendendam alicui, an inter ipſos dicatur eſſe contracta ſocietas, numero 53.
Donatio facta ſeruo cōi an cōferri dēat īter ſocios, et hæredes ſuos, nu. (57
Dos eſt extrahenda ante diuiſionem, & ſeu partem in diuiſione facienda omnium bonorum, numero 58.

Edicti pœna quòd non portentur arma hoſtibus, numero 23.
Edictum noui operis datur contra molientem nouum opus, num. 115.
Aedificans quando impunè, & legitimè ſpernere poteſt nunciationem noui operis, numero 110.
Epiſcopus an poſſit cogere ſocios ad reſtituendum uſuras. numero 43.
Error iuris uel facti an pareat retentionem ſolutionis factæ per errorem, numero 28.
Experti uiri qualiter ſint habendi in claſſe, numero 3. 4.
Expenſæ factæ in ſocietate an ſint in ea imputandæ, numero 46.
Expenſæ factæ in re ruinoſa tēpore quo ſocij erant in ipſius poſſeſſione poſiti, quo petendæ ſint iudicio, numero 108.
Expenſæ factæ in fundo alieno, quem putabant eſſe proprium per ſocios, quo iure petantur, num. 108.

Feudum an diuidi poſſit inter uaſallos numero. 49.
Feudatarius obligatus ad ſeruitia perſonalia pro feudo, an tenea-

tur etiam ad collectas unà cum alijs, numero. 50.

Frater habens filiam, & cum alio fratre bona eorum communia, ſi filiam nupſerit, an dotata intelligatur communi, num. 41.

Fratres duo in commune uiuentes, an ambo teneantur ad collectas & onera Ciuitatis, numero. 97.

Frater an poſſit obligare partem fratris ſui, numero. 98.

Fructus an ueniant in iudicio communi diuidundo, numero. 100.

Iacta in mari an & quando pro derelictis habeantur. numero. 19.

Iactæ merces pro leuanda naui & recuperatæ naui coliſa in ſcopulos, an ueniant communicandæ, numero. 20.

Ignorantia tollit gloriam cæleſtem, & terrenam, numero. 18

Imperialis edicti pœna quòd arma non portentur ad hoſtes. num. 23.

Indocta multitudo parum ualet in omni bello, numero. 6.

Inſtrumenta multa pro nauigijs & bello ſunt habenda in claſſe, nu. 2.

In iudicio pro ſocio agens an præſumatur uti iure ſuo, num 63. 64.

In ſocietate omnium bonorum an ueniat damnum & lucrum, nu. 76

In communione an quis cogatur ſtare, numero. 98.

In iudicio diuiſorio an habeat locum actio pro ſocio, numero, 100.

Iudicio communi diuidundo an locũ habeat in rebus incorporalibus, & iuribus non tangibilibus, numero, 102.

In communi diuidundo an ueniant fructus uectigalis, numero, 106.

In cõi diuidundo utili uel directo iudicio quando agatur, nu. 107.

Iudicium diuiſorium an locum habeat inter eos, qui non habent iuſtã poſſeſſionem in agro, numero. 101.

Iudicium communi diuidundo an habeat locum in ſeruitute aquæ ducendæ ex fonte, uel trahendæ de puteo, num. 103. 104.

Lucra perſonalia an ueniant communicanda in ſocietate, num. 46.

Marcus Antonius qualiter perierit, numero. 13.

Marcus Antonius qualiter tranſnauerit cum ſuis copijs ad Cæſarem ex Brunduſio, numero. 12.

Mercator habens in communi cum alio multas merces, an aget pro ſocio, uel communi diuidundo, uel familiæ herciſcundæ, numero. 31.

Minor maiorem, Eccleſia alios conſocios, & maritus uxorem prouocare poſſint ad diuiſionem rei communis, numero. 98.

Nauis

Nauis refecta tabulis alienis, an ſit domini tabularum, numero. 22.
Natandi peritia eſt neceſſaria pro accedentibus in Claſſe, & nauigantibus, numero. 8. 9
Nauigationum an poſſit eſſe ſocietas, numero. 81.
Nobiles an poſſint ſine pudore exercere mercantias, numero. 25.
Nobilitas Neapolis non permittit nobiles mercari, numero. 25.
Noui operis nunciatio quando, & quibus de cauſis ſit, numero. 111.
Noui operis nunciatio prætoria an competat illis, qui uti poſſunt interdicto quod ui, aut damni, nel uti poſſidetis, numero. 113.
Nouum opus an ſit nunciandum reficienti uetus ædificium, num. 114
Noui operis nunciatio qualiter triplici de cauſa fiat, numero. 115.
Noui operis nunciatio an habeat locum in riuis, & cloacis; & rebus ubi eſt dilatio allatura periculum, numero. 116.
Nũciator noui operis ſi ſtatim ſit paratus docere de ſuo iure, an ſit audiendus infra legitimum tempus, offerens cautionem de moliẽdo, numero. 117. 118.
Nouum opus plurium ſi denunciatur, an omnibus ſit nunciandum ut ualeat nunciatio, & omnes habeant cauere, numero. 118.
Noui operis nunciatio an nunciari poſſit exiſtentibus in magiſtratu. numero. 119.

Octauianus Auguſtus doctus fuit in natando, & expiſcando, nu. 13.
Octauianus Auguſtus qualiter fuerit doctus literis Græcis, et Latinis & munificens, numero. 14.
Octauianum Auguſtum immortalem fecerunt Scribentes de ipſius laudibus, numero. 14.

Pactum inter plures factum de dotandis filiabus de communi, an teneat, numero. 61. 62.
Pactum quod non diuidatur perpetuo, an teneat, numero. 34.
Pactum factum contra naturam ſocietatis an ualeat, numero. 39.
Pactum an ualeat quod id quod emerit unus ex ſocijs ſuum ſit, nu. 76.
Pater an teneatur pro filio mercatore de peculio, numero. 69.
Pater qua cautela uti poteſt, ut filius naturalis tantum partem habeat in diuiſione prout legitimus & naturalis, numero. 80.
Pœna portantium arma & alia uetita ad hoſtes, numero. 23.

Poſſeſſio an perdatur nunciatione noui operis, numero 112.
Puteus uicinia an refici debeat à uicinia, numero 105.

Regula firma datur ut Duces nauigent cum expertis in Claſſe, & aqua, numero 8.9.
Renuncians ſocietatem an præiudicet renuncianti, numero 56.
Romani in omni bello docti & experti fuerunt, numero 6.

Scholaris an inuito ſocio ſcholare poſſit in domo conducta ponere meretricem, numero 79.
Scientia locorum habēda eſt per Duces claſſium ubi nauigatur, nu. 1
Sertorius qualiter fuerit doctus in omni bello, numero 15.
Sociorum unus an poſſit in mercantia ponere alium ſocium inſcijs cō ſocijs & inuitis, & poſitus participet cum alijs, numero 29.
Socius putatiuus an conueniri poſſit à uero ſocio, numero 29.30.
Societas an tranſeat ad hæredes, numero 32.
Socij uectigales an diuidere poſſint inſcio fiſco, numero 32.33.
Socius, an conſocios poſſit prouocare ad diuiſionem, numero 34.
Socij nōn ſunt condemnandi niſi in quantum facere poſſūt, nu. 35.45.
Socius conueniri debet deducto ære alieno, & cauere de integrè ſatiſfaciendo, numero 36.
Societas eſſe debet æqualis inter partes, numero 40.
Socius omnium bonorum ſi luſerit & uicerit, uel perdiderit, an habeat conferre lucrum cum ſocio, numero 41.
Socius ſi quid de ſuo expendidit in ſocietate an recuperare poſſit à conſocio, numero 45.
Socius quomodo & quot modis contrahatur & fiat, numero 47.48.
Socius an rem ſocij non uenalem uēdere ritè poſſit tanquàm ſi eſſet de ſocietate, numero 55.
Socius à conſocio quā conueniri debeat actione, num. 51
Socius an obligetur iure ſocietatis ære alieno, numero 55.
Societas qualiter contrahi debet ſine dolo, numero 56.
Socius unius mercis an poſſit emere alias ſpecies mercium, & illas communicare cum ſocio, numero 59.67.
Socius an habeat cauere conſocio pro precio accepto ex re uendita, numero. 60.

Socius

Socius qui promiſit de non committendo dolum, an conueniatur pro ſocio, numero 63.

Socius ponens rem, & alius operam & ſeu perſonam, an dolus ueniat in hoc iudicio, numero 64.65.83.88.

Societas unius negociationis an porrigatur ad aliam negociationem, numero 66.

*Socio ſi competunt plures actiones, an una tollatur per aliam, nu.*67.

Socius ſi damnũ dederit in re communi, qua actione tenebitur. nu 67

Socius an ſeruo communi poſſit donare libertatem, numero 68.

Societas contracta alicuius iuſſu, an agi directo cõtra ipſum poſſit, num. 70.

Socius rei plurium an poſſit ſolus nunciare nouum opus, num. 109.

Societas an perpetuo, uel ad tempus cohiri poſſit, numero 71.87.

Societas an fieri poſſit quòd res in ea ponendæ ponentur ad arbitrium tertij, numero 72.87.

*Societas qualiter ſeruetur facta voluntaria inter fratres, num.*74.

Societas fratrum an in ea ſit damnum & lucrum, numero 75.

Socij diſpares in ſocietate partium conducentes domos & apothecas pro mercibus, pro quanta parte ipſi tenebuntur ad ſoluendum aſſictum, numero 78.

Socius recedens à ſocietate, an poſſit alium loco ſui, inuito ſocio ponere, numero 79.

Sociorum unus an rite poſſit ſe obligare ad ſoluendum contrabanna, & ad intereſſe, & damna omnia ſocietatis, numero 82.

Societas an ualeat quòd unus ponatur pecunia in ſocietate, & alius perſonam & ſeu operam, numero 64.65.83.88.

Socius an eſſe poſſit idoneus teſtis pro conſocio, numero 86.

Societas rerum non debet eſſe æterna, numero 71.87.

Societas quibus modis contrahatur, & diſſoluatur, numero 87.

Socij plures inierunt ſocietatem, unus eorum poſuit in ſocietate nauem, & alius pecuniam, & alius perſonam ſeu operam, qualiter fiat diuiſio, numero 88.

Sociorum unus fecit plura debita ſub conditione, qua pendente, fuit diſſoluta ſocietas, quomodo ſoluentur dicta debita ueniẽte conditione, numero 89.

Socius ſi rem communem fuit furatus, an teneatur pro ſocio, uel de

de furto, numero. 92.
Sociorum unus habens in communi domum ruinoſam, an potuerit aſtringere conſocios illam reparare ad concurrendum in expenſis refectionis, numero. 93. 94.
Socius pro domo communi ruinoſa an poſſit petere à conſocio ſibi caueri de damno infecto, & qua actione ſibi ſubueniatur, num. 94
Socius an inuito ſocio poſſit reficere domum communem ruinoſam, & inde conſequi quod expendidit, numero. 94.
Statuta Rauennæ intelligentia ſub rubrica de Soccidis non diuidēdis infra quinquennium, numero. 83. 84.

Themiſtocles quare palmam reportauit contra Xerſem, numero. 6
Turba eſt inutilis in mari ſi ignorat natare, numero. 16.
Titulis de alienatione iudicij, an habeat locum in iudicijs diuiſorijs, numero. 99.

Veneti nobiles ritè mercantur, numero. 25.
Volens contrahere ſocietatem animalium quæ perierunt antequàm fieret talis ſocietas, cuius damnum erit, numero. 44.

ARGVMENTVM.

De Rebus neceſſariis pro Claſſe.
De Societatibus, quæ fiunt in dies per homines.
De Communi diuidundo.
De Noui operis nunciatione.

VARIA ad uictum cibaria & annonæ ponendæ ſunt in nauibus, claſsis cũ munitionib † multis, ut C. de claſ-
1 ſicis lib. 10. habito reſpectu ad lõgum iter, & fortè faciendum in locis hoſtium; & habere tenentur ſcientiã locorum Duces claſis ubi nauigatur, ſi fuerit poſsibile, & pictum Napamundum habere in naui, & id ſæpe uidere, & benè percunctari cum expertis, nè incidant in mala uada & ſcopulos, & loca ſirtoſa; & nè du-
2 cantur in laberinthum ſine filo. Et † multas habere anchoras uariæ qualitatis, funibuſque, inſtrumentis bellicis, & exercitii naualis, cum cathenis, ramponibus, uallis, & crucibus ferreis, manibus ad retinendum & capiendum hoſtiles naues, clauiſque, ſecuribus, falcibus, bipennibus, dolabris, & armis, & machinis bellicis, aliiſque neceſſariis tam aptis ad defendendum, quàm ad lædendum hoſtium claſſem; habita conſideratione & ad prudentiam, & experientiam Ducum claſis, nautarumque nationis & gentis; nauarcorum, remigiorum, nauclereorum, & militum numerum tam ſuorum, quàm hoſtium in mari expertorum, & exercitatorum tam pro ſalute claſsis, quàm pro
3 bello nauali. Nam † in mari non eſt ſpes ponenda in illis, qui non ſunt experti in bello, & re maritima; aliàs ut fœminæ tremẽtes & timidi illi ſunt, qui tuti nõ ſunt in aqua:

quia

quia hi licèt armati, ut inermes peribunt, pugnando cum uiris armatis militia expertis naualis prelii audaciſsimis, & ualde animoſis in aqua. Quoniam inexperti belli naualis pauitant in aqua tremebūdi iactatione maris, & ut atoniti ſunt, neſcientes arma tenere, non ualentes bellare cū uix pedibus ſiſtere nequeant, capitis dolore grauati nauſeantes. Ita quòd potū abſynthi uitare non poſſunt ob uomitū: abſynthi enim ſuccus uirtute ſua retinet uomitū.

4 Ariſtides † filius Lyſimaci Athenienſium Ducis ſcripſit Mardonio Duci, Nimirum ſi in mari uiciſti cum nauibus tuis exercitatis in aqua contra ignaros aquatici belli, in terra tantùm expertos: & quid ſit mare neſcientes. Conſilium propterea eſt, quòd inexperti in re nauali non pugnent cum expertis in aqua, & quòd inexperti in humo non prælientur cum expertis in terra, ſi intendunt ſeruare

5 honorē, & uitare mortis periculū. Ideò † Romani in omni docti bello, & experti fuerūt aquatico & terreſtri, & ſine diſcrimine ī utroq; Marte glorioſè certabāt pro uictoria. Proſunt peritia rei maritimæ, & lignorum exercitatio in aqua cum agilitate in aquatica pugna, & natandi ſcien

6 tia. In † mari autem nil ualet indocta bellantium multitudo neſciens mare, quoniam à paucis expertis in aqua de facili ſuperatur; exemplo Themiſtoclis apud Salaminā palmam reportantis cum ſuis paucis doctis in aqua cōtra

7 indoctam multitudinem Xerſis. Propterea † regula datur militaris diſciplinæ naualis in parando naues pro claſſe haberi omne ſtudium, & rationem expertorum naualis belli & exercitii, & in natandi, ut dixi, peritia; quæ ſe, Ducesque ſuos à periclis maris tutos reddere conſueuit: quia experti huiuſmodi tutiores ſunt, promptiores & audaciores in maritimo bello, quàm ſint illi, qui ſunt imperiti maritimi exercitii, & aquatici naualis belli.

8 Cæſarem, † & Magnum Pompeum, Auguſtum, Horatiū Choclitem, Sertorium, Pœnum Anibalem, & Maſſiniſſam, alios quàm plures Duces, qui in natando fuerunt experti, ſua natandi diſciplina & ſcientia ſeruauit à nece, &

à pe-

9 à periclis. Nam † Cæſar in expugnatione Alexandriæ
irrumpentis,impetum greſſus multitudine,ſcapham con-
ſcendens,mox præſſam pondere ſequentium,& quaſi mer
ſam;ꝑ ducentos paſſus ad nauim ſuā manu eleuata,qua li-
10 teras ferebat Romani Senatus,natando peruenit. Et †
idem Iulius Cæſar omni expertus bello,ſua uirtute Roma
num Imperium nauigato per Oceanum, & Athlanticum
mare dilatauit; capta Inſula magna extra circuitū terræ,
& contra Aegyptos bellando aſcendens in ſcapham,vt ſuis
occurreret , dum inſecutus foret ab hoſtilibus nauibus,
iactis contra ipſum miſſilibus multis,& nè caperetur ab il
lis,ſe proiecit in mare,& natando tutò euaſit,tenendo ma
num ſupra aquam cum Commentariis ſuis nè lymphā ma
ris illa maderet;& inde ad ſuos tutò reductus,nauali certa
mine Regem Aegypti Ptolomeum ſuperauit,non tamen
11 ſine ſanguine utriuſque claſſis. Alia † uice animoſus
Cæſar in ſcapha degens, & diſcedens ab Apolonia,ut ad
ſuos milites perueniret,qui per Anium fluuium applicue-
rant Brunduſium, & ueſte indutus ſeruili nauigauit mare;
& dum gubernator nauiculæ redire uoluiſſet Apoloniā
ob tempeſtatem, & undas fluctuantes, illū placidis uerbis
retinuit Cæſar,inquiens,Sequere uir generoſe incœptum
iter,& noli timere,ſed eſto audax,quia Cæſarem portas,&
illi ſe oſtendit eſſe Cæſarem, & qualiter ſors Cæſaris aſſo
ciabat ipſum in hac nauigatione: & læti nautæ nauigarūt
rumpentes & ſuperantes undas, & impetum fluminis re-
migio,& demum Cæſar rediit ad ſuos, qui mœſti ſtabant,
quoniam eorum amore ſuus Imperator inclytus ſe oppo-
ſuerat morti.
12 Et † Antonius copias ſuorum militum ex Brunduſio
tranſnauit aliò,& ad Cæſarem uenit lætanter illum ſalutā
do,qui Pompeum ad bellum tunc prouocauit uirtute ſuo
rum militum,& Pompeus ſe cum ſuis in alium locum tran
ſtulit in longum, arte ducendo bellum , & illum Cæſar cū
ſuis fuit inſecutus, dura paſſus neceſſitate uſque in Farſa
liam,ubi pugnatum extitit,& uictor Cęſar permanſit, vt la

tius dixi in alio meo libro Antiquæ illuſtratæ, & inſtaura
tę militiæ, in tractatu de ordinandis aciebus in prælio.

13 Octauianus † Auguſtus doctus fuit magiſter in natan-
do, & expiſcãdo; & Campum Martium maiorũ ſententia
Tiberi finitimũ delegit, quo milites in Tyberim ſudores
martios, tabemq; & ſqualorẽ in militia contractũ armorũ
exercitatione diluerent, & natando labore deponerent.
Hic nẽpè Auguſtus fuit glorioſus Imperator in omni do-
ctus militia, nauali enim bello ſuperauit Marcũ Antoniũ,
& Cleopatrã Reginã Aegypti, quos ad mortem deduxit;
adeò ꝙ Antonius ſe pugione trãsfixit; & Cleopatra nè in
triumpho duceretur ab Auguſto, aſpidis morſu periit.

14 Pręditus † fuit uirtute Auguſtus Iulii Cæſaris nepos, &
doctus literis Græcis & Latinis; Tragœdiam de Aiace fu
rente fecit, munificentisſimus fuit erga benè meritos mi-
lites, & literatos uiros, qui ipſum cum ſuo Mœcenate &
Pollione immortalem reddiderunt. Et certè Scriptores
ſunt illi, qui Principes in omni ęuo reddunt immortales,
ſcribentes de eorum virtutibus, & benè geſtis.

15 Amiſſo † nãque equo per Sertorium uulneratũ à Cym
bris, ſuis occurrendo Romanis, Rhodanũ cum thorace &
clypeo per aduerſus fluctus, & vertices fluminis toto corpo
16 re natando traiecit, & amicis p̄ſidiũ dedit. Sileat † inu
tilis turba bellorũ ignara, aſſerens uerecundiam fore in
natando, mentem tenens tenebroſam & oppreſſam cali-
gine ignorantiæ ſuæ, quæ mater eſt omnium malorum,
& ſibi nox fit ante noctem ignauia ſua inimica uirtutis.

17 Ignauia † .n. eſt illa belua, quæ tollit gloriam cœleſtẽ &
terrenam quibuſdam ex mortalibus, quorum corpora tẽ-
rit, ut ferrum rubigo; & ignarus natandi trepidat ob pauo
rem, nec audet ignoto ſe ſe committere ponto.

18 Et † dato ſigno per Catonem ſe velle diſcedere cum
claſſe ab hoſtium littore, ubi hoſtibus inuitis permanſerat
diebus multis, & ſeparatus à portu cum ſuis excepto uno,
qui ob inertiam non paruerat edicto Catonis Conſulis; &
uidens ille claſſem à littore fuiſſe ſeparatã, alta & terribili

voce clamauit, q ét ipſe leuaretur ab hoſtili littore, & Cato cum tota claſſe rediit, & ipſum leuauit ab hoſtili loco; & inde illum fecit arbori unius ex nauibus ſuſpendere, quem hoſtes ob ignauiam, & ignominiam interficiendi fuerant ad aliorum exemplum, caſtigauit.

19 Quero † de iactis in mari, án pro derelictis habeantur? Dic q non regulariter, niſi ex modo iactus aliter præſumatur, l. qui leuandæ, ff. ad leg. rhod. de iactu. utputa ſi capſa rupta fuerit deiecta in mari, aut liber proiectus apertus in aquã à domino, tunc pręſumptiuè prędicta pro derelictis haberi uidentur, inſtitu. de rerum diuiſi. in §. fi. cum glo.

20 Queritur † de plurib. nauẽ conducentib. & vnus habẽs in naui oneratas, merces magis oneroſas, leuandi cauſa nauis proiecit illas; & nauis poſtea in ſcopulum fuit coliſa, uel ſcamna harenoſa rupta eſt, non tamẽ periit: An illi, qui res ſuas leuandæ cauſa nauis ad contributionẽ teneantur. Dic non teneri, ut habetur de fabro, qui operas ſuas locauit, & inſtrm ſuũ fregit, l. 2. §. 1. ff. ad leg. rhod. de iactu.

21 Et † ſi contingerit oneratã nauim colidi, & ſeu opprimi in ſaxa, uel ſcopulos, an ille qui aliquid ſeruauit de ſuo habeat contribuere in damno nauis, & aliorum; uel proprium ſit ipſius domini, qui id ſeruauit. Dic, q erit proprium ipſius domini diligentis, qui illud ſeruauit diligentia ſua, l. cum depreſſa, ff. ad legem Rhodiã de iactu.

22 Occurrit † nauẽ Sempronii refici tabulis Titii, an nauis remaneat Sempronii, aut Titii, cuius ſunt tabulæ refectionis nauis. Dic ſi illã fecit Sempronius ex Titii tabulis, erit Titii; ſin autem ęxtimabitur: nam intereſt inter reficiendo, & in faciendo, l. Mutius, iuncta glo. ff. de rei uindic. Adde notata in tit. de tigno iniuncto, ff. & C.

23 Quę † nã ſit pœna trãſgredietiũ Imperiale edictũ, q nullus trãſgrediatur ciuitates ꝓhibitas, & nè ſuſcipiat ferrũ, res, & arma ꝓhibita, & uetitas negociationes, vt de illis, q accedũt ad hoſtes ĩfideles, & illis arma ferũt & alia uetita ꝑ Imperiale edictũ. Dic pũniri pœna exilii perpetui, & publicationę bonorũ, l. 2. 4. & fi. C. de comer. & mercat. &

ſi capti fuerint decapitari debent.l.2.C.quæ res exportari
non debent:& hi repente ſunt excōicati ſtatuto Concilii
Lateran.& ſerui fiūt capientium, & bonorum omniū amiſ
ſione mulctantur,c.ita quorundam de iudęis & ſaracenis.
24 Et † cum Nobilitas non patiatur pro honore ſe exer-
ceri circa mercationes, ut alii faciunt,an ſit licitum Prin-
cipibus,Ducibus,Marchionibus, Comitibus, Baronibus,
Equitibus,Militibus,& Doctoribus,Neapolitanis nobili-
bus mercationes facere.Dic quòd non,quoniá eſſet dede
cus ſuę nobilitati,l.Nobiliores,ff.de mercator.& commer
ci.& quidē Nobiliſſima & armipotēs Regia ciuitas Nea-
polis optimè ſeruat dictam legem Nobiliores,nec permit
tit aliquem de ſedilibus ſuis nobilibus fieri mercatorem;
& contrafaciētes non gaudent tali nobilitate, & illos in
popularium numerū ciuium computant:& ad prædicta fa
cit tex.in l.Milites, C.locati,& in c.Clerici, 14.q.3.Fallit
lex prædicta Nobiliores,C.de mercatoribus & cōmerciis,
in Nobilibus Venetis exercentibus mercantias. Immò
ſibi dedecus foret ſi non exercerent mercantias: nam cō-
mitterent in proprium nomen Veneo venis,à quo deriua
tionem acceperunt cum libera vrbe ſua: Nam uenire eſt
uenūdare &c.nec uiuūt Imperiali lege, ſed propria,vt Frā
ci,cum non ſubiaceant Imperio antiquiſſima conſuetudi-
ne,vt aliàs dixi,ſibi ſuffragāte,cuius initii memoria homi
25 num non extat in contrarium. Et † dum eſſem in Vr-
be,fui conſultus de caſu infraſcripto. Ciuis quidam Cæſe
nas depoſuit pecuniam penès campſorem ſine ullo pacto,
& Campſor ex dicta pecunia fuit ualde lucratus,qui uolēs
gratificare Cæſenati,eidem pecuniam reſtituit cum decē
pro centenario; & an hoc eſſet uſura dubium fiebat. Cōſu
lui diſtinguendo,ſecundùm Bald.in l.ſocietatem, in 5.co
lum. C.pro ſocio.Aut Cæſenas depoſuit pecunias ſub hac
ſpe remunerationis, & eſt uſura; ſin autem ſimpliciter &
non erit uſura: & in hoc ſtandum eſt dicto deponentis,cū
26 ſit quæſtio conſcientiæ. Aut † in ſpecie depoſita fue-
rit pecunia,& tunc ſi illicitè uſa fuerit dicta pecunia tota,

omne lucrum exinde prouueniens debet reſtitui Cæſenati deponenti;quia ex re ipſius eſt factus locupletior, argum.
27 legis ſi quis ſine uſuris, ff.de negociis geſtis. Aut † li citè eſt uſus pecunia, quia depoſuit ad numerum, & tunc ſi liberali animo ſciens ſe non teneri ſoluit,poterit id reti neri cum bona conſcientia,quia eſt mera donatio; Aut ſol uit quia credidit ſe teneri ex quadam æquitate,quæ ſæpe mouet mercatores ad remunerandum,& idem dicendum eſt retineri poſſe cum bona conſcientia. Aut credebat ſe teneri ex iuris neceſsitate,cum non teneretur,& tunc lici te recipit ſi non habuit à principio animum fœnerandi,aliàs ſecus.

28 Obligatio † .n.Antidorum iuſtam parit retentionem per errorem ſolutionis, l.ſi ex teſtamento,§.1.ff.de fideiuſſori. Niſi eſſet error facti, qui putabat per ſuum procuratorem promiſſum eſſe cum non eſſet; & tunc nec de iure iudiciali,neque conſcientiali retineri poterit.

29 Mercatores † plures inierunt inter ſe ſocietatem ſirici,& pannorum; An unus ex prædictis ſociis poſſit alium admittere in ſocietatem, & admiſſus intelligatur etiam eſſe,& ſit ſocius aliorum ſociorum,qui illum non receperunt in ſocietatem. Dic quòd non, quia ſibi ſoli ſocium fecit,& cum eo ſolo communicat,& ex eius facto ipſe tenebitur aliis,& ei admittens tenebitur etiam pro facto ſociorum, & quòd ab eo conſequitur communicabit cũ aliis. Nec cedendo contra eum actionem liberabitur,& non cõpenſabit communionem cum damno,l. qui admittitur,cũ
30 quatuor legibus ſequentibus, ff.pro ſocio. Quid † ſi precium rei communis diuiſerim cum ſocio putatiuo, an ego ſocius à uero conſocio potuerim conueniri, uel putatiuus conuenitur. Dic poſſe de iure putatiuũ ſocium conueniri,& me ſocium uerum,cum partem meam pretii rece
31 perim, l. ſi Titius,ff.pro ſocio. Mercator † quidam tenet in communi cum Titio multas merces, an Titius uolens partem ſuam conſequi an aget pro ſocio, uel cõmuni diuidundo, uel familiæ erciſcundæ. Dic quòd ad hoc,ut

actio

actio pro ſocio habeat locum, non ſolùm ſufficit res eſſe in communi, niſi ſit ex conuentione, animo intercedente faciendæ ſocietatis, aliàs ſi alia de cauſa res ſunt communes, locum ſibi uendicabunt prædicta: & alia remedia com muni diuidundo, & familiæ erciſcundæ, l. et ſi pro ſocio, cū tribus legibus ſequentibus, ff. pro ſocio, quod bonum eſt ſcire pro formandis libellis.

32 Occurrit † pridie me cōſuluiſſe, an ſocietas tranſeat ad hęredem, & in hęredem ex conuentione ſocij; prout actio pro ſocio tranſit in hæredem uectigalis, l. actione, §. adeò morte, ff. pro ſocio. Dic in alios non tranſire, niſi ad patronum hæredem; ſed benè actionem pro ſocio tranſire tam pro culpa ipſius defuncti, quàm pro dolo hęredis: ex conuentione tamen hæredis poterit etiam reuocari ſocietas, ut dicit Iuriſconſultus Vlpianus in l. nemo, & Paulus in l. actio, & Pomponius in l. planè, ff. pro ſocio: ad hæc faciūt notata per Ioannem de Firmo, in 2. parte ſui Tractatus gabellarum, col. 6. & in l. cum ſocietas, & glo. in l. nulla, ff. pro ſocio, & in l. licitatio. §. ſocii, ff. de publicanis: vbi Ioannes de Imo. dicit, ꝙ quando ſunt plures ſocii uectigaliū, ſi de conſenſu fiſci diuiſerunt adminiſtrationem, periculum & lucrum cuiuslibet eſt proprium in parte ſua; quod ſecus eſt ſi abſque conſenſu fiſci diuiſerint: quia vnus pro alio tenebitur fiſco, ſi tamen uidetur, ꝙ diuiſerunt animo diuidendi ſocietatē non tenetur unus cōicare lucrum alteri ſocio, niſi diuiſerint gratia commodioris adminiſtrationis, l. Gaius, ff. de legatis 2.

33 In † actione pro ſocio poſt uerā moram aut fictā uenit intereſſe contra ſociū, ſecus cōtra hęredem ſocii, & dāna ſunt & lucra cōicanda contemplatione ſocietatis prouenientia, ſecus ſi contēplatione perſonæ, licèt occaſio fuerit huius ſocietatis, l. ſocium, & per Doct. ibi. ff. pro ſocio.

34 Quid † ſi fuerint plures mercatores ſimul ſocii, an unus ex ſociis uolēs diuidere, poſſit alios prouocare ad diuiſionē. Dic ꝙ ſic, ēt inuitos, & incerta petitio admittitur ꝑ dubiū tā in hac actione pro ſocio, & cōi diuidūdo, q̄ in rei

uen-

uendicatione,l.ſi omnes,ff.communi diuidundo. Nec ualet pactum,ꝙ perpetuò non diuidatur,l.in hoc,§. ſi conueniat,& per ſcribentes ibi,ff.pro ſocio.

35 In † ſociis eſt priuilegium,& ſeu beneficium,quòd ſocii non condemnentur niſi in quantum facere poſsũt,aut dolo deſierint poſſe facere quòd non tranſit ad fideiuſſores, neque ad hæredes, & inſpicitur tempus rei iudicatæ utrum ſi ſocius facere posſit,& quis facere poſſe dicatur ſi dolo fecit quominus poſſet,ſecus ſi culpa,per tex & Bar.&

36 Bal.ibi in l.ſi uerum,in princi.ff.pro ſocio. Et † ſocius conueniri poteſt & debet deducto ære alieno,& cauere tenetur de ſatisfaciendo integrè ſi ad pinguiorem fortunã peruenerit;& inter ſocios inuicem agentes non eſt melior conditio occupãtis,ut in prææallegata l. ſi uerum,§.id quod ſocius,cum ſequenti §.

37 Contra † hæredes ſocii,ut prædixi,competit actio,licèt non ſit ipſe ſocius,nec ſocius eſſe posſit; emolumenti tamen eſt ſucceſſor,ut in dicta lege ſi uerum,§.in hæredẽ, ff.pro ſocio:& licèt ad hæredem non tranſeat ſocietas incohata per defunctum,debent explicari per hæredem,l.hęres ſocii,ff.pro ſocio. Accedunt prædictis notata per Ioannem de Firmo in ſuo lib. Gabellarum,in 2. parte, col.6.

38 In † ſocietatis diuiſione omnium bonorum ante partem aſſumitur dos ab eo,qui ſuſtinet onus matrimonii:& ſi diſſoluto matrimonio ſocietas diſtrahatur, eodẽ die eſt dos percipiẽda,quæ ſolui debet,l.actione, §. fi. ff. pro ſoc.

39 Per † dies occurrit in facto, an pactum ualeat factum inter ſocios contra naturam ſocietatis, ut puta, quòd ſaluũ ſit capitale unius ex ſociis, quod poſuit in ſocietate,& quòd habeat tantùm participare de lucro,& non de dãno. Dic quòd non,quia eſſet cõtra naturam dicti contractus, l.Mutius, ff.pro ſocio, & l.Lucius, ff.commodati. Immò eſſet uſura marcida,prout dicit Bal.in l.1 C.pro ſocio.

40 Quoniam † partes æquales eſſe debent,& ſi pecuniã æqualiter poſuerint,pro portione damni & lucri ſentire quilibet debet ſociorum. Et ſi aliter fieret,illegitima eſſet

&

& leonina ſocietas,& non humana;neque legitima,l.ſi nō fuerint,§.fin.ff.pro ſocio.Vbi dicitur ſocietatē poſſe cohire,ut nullā partē damni alter ſētiat,lucrū uerò cōmune ſit, ſi tanti ſit opera,quāti dānū ſit.Plerumq; tāta eſt induſtria ſocii,ut plus ſocietatis conferat, quàm pecunia,id eſt ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, & pericula ſubeat, ſolus pro æqualibus partibus intelligitur facta ſocietas,ut dicta l.ſi non fuerint,ff.pro ſocio:& ſi inter partes non foret dictum cum æqualitas ſit ſeruanda, niſi aliter foret conuentum,quòd unus poneret minus,quàm alius,&pro rata dāni & lucri conſequeretur partis in ſocietate poſitæ.

41 Quid † de fratre,qui habet omnia bona in communione cum alio fratre habente unam filiam nubilem, quam nupſit præſente fratre; & ipſi de bonis communibus dotē promiſit altero fratre tacente,& non contradicente:An ſibi præiudicet dicta taciturnitas. Dic quòd ſic,ita cōſuluit D. Ioannes de Imola in conſilio incipiente De caſu premiſſo &c. & per Decium in conſil.95. & in conſil. 166.& in conſil.267:& per Paul.de Caſtro in conſil.122.& Iaſon in authen.quod locum, C.de collationibus.

42 Amicus † quidam meus Bononienſis habens ſocietatem omnium bonorum cum quodam mercatore luſore, qui ex ludo azardi,aut alio ludo prohibito,uel ex turpi lucro multùm acquiſiuit; & me conſuluit ſi teneretur communicare cū ſocio,& id in ſocietatē ponere quod acquiſiuit ſocius ex ludo azardi uel alio prohibito ludo,aut ex turpi cauſa. Cōſului quòd non,per tex.in l.ſi fratres,§.fin. & cum ſimilibus ibi,ff.pro ſocio; & reperio idem fuiſſe conſultū per D.Alex.de Imola in cōſi.77.in 5.uolumine.

43 Quid † ſi communicaſſet, an poterit Epiſcopus compellere ſocios ad reſtitutionem uſurarum & malè quæſitorum ex turpi & illicito lucro, & ipſis renuentibus ex dicta cauſa reſtituere uſuras. Dic quòd ſic, l.quod enim, ff. pro ſocio, & per Bal.in l.ſocietatem,col.fi.ff.pro ſoc. Qui-
44 dam † ualens contrahere ſocietatem animalium,ſeu res quæ tenens perierunt ante contractam ſocietatem, cui pe

ribunt.

ribunt. Dic domino ipſorum animalium,& rerum perem-ptarum,quod ſecus eſſet ſi perirent poſt contractam ſocie tatem; quia tunc eſſet commune damnum. Nam rerum collatione perficitur ſocietas,quæ ſi per contractum facta fuerit perfecta, erit, celebrato dumtaxat contractu, aliàs non,per tex.in l. ſi id quod,ff.pro ſocio.

45 Quid † ſi alter ſociorum neceſſariò impenderit aliquid de ſuo,an id recuperare poſſit. Dic quòd ſic, etiam cum expenſis; & intereſſe, quod habere potuiſſet ſi pecunias quas ſoluit aliis fœneraſſet; & ſocius ille tantùm qui ſe ſocium dicit & non negat, habet beneficium in quantùm facere pôt, probat tex.in l.ſi vnus.§.ex ſociis,ff. pro ſocio.

46 Quero † ſi in ſocietate ſint imputandæ expenſæ in ea, & eius cauſa factæ. Dic quòd ſic, l.ſi fratres,§.pen.ff.pro ſocio,& lucra perſonalia ueniunt tantum communicanda in ſocietate ſimpliciter contracta, l. cohiri ſocietatem, ff.

47 eodem. Re † autem, verbis, & per nuncium initur, & cohitur ſocietas,quæ diſſoluitur morte naturali,& ciui li,morte videlicet capitis diminutione, & dura ægeſtate, quæ ridiculos homines facit.

48 Et † rectè poteſt cohiri generalis,& ſpecialis ſocietas probant Iuriſconſulti in l.verum,& in l.ſocietatem con ſe quentibus legibus,ff.pro ſocio. In hoc contractu ſocietatis ineſt arbitrium boni viri. ad quod arbitrium eſt redigenda,ut in d.l.ſi ſocietatem,ff.pro ſocio.

49 Quero † de feudo communi, an diuidatur inter ipſos vaſallos. Dic quòd non, cum eiuſdem feudi natura non patiat, vt dicit glo.in l.communi,ff. communi diuidũdo, & tex.in c.Imperialem,in §. prẹterea,in vſibus feudorum, & ibi per D.Andream de Iſernia,& Bal.& alios ſcribentes de prohibita alienatio.feudi per Federicũ, & ibi per Modernos Neapolitanos Doctores, & in nouis quæſtionib. ſuis, & conſiliis feudalibus.

50 Queritur † de feudatario, qui præſtare tenetur ſeruitia perſonalia Regi pro feudo,an teneatur cum aliis nobi libus non feuda tenentibus ſoluere collectas pro feudo,

& omni iure ſuo feudali, quod feudatarius habet in feudo, ut pecora, animalia, & pecunia otioſa, de qua in l. qui ſemiſſes, §. 1. ff. de uſufructu: hanc quæſtionem formauit Lucas de Penna, in l. agros, C. de feudis limitrophis &c. lib. 11. & tenet feudatarium huiuſmodi non teneri ad dictam ſolutionem collectarum; & ita pluries vidi iudicatū, & ſeruatum. Quoniam vaſalli feudi huiuſmodi ſeruiunt perſonaliter Regi domino in exercitu, & in curia ſua; & pro obſequio Reipublicæ ibi aſsiſtunt, & ſtant pro debito, quod alii hoc non faciunt, obligati tantùm ſoluere pecunias pro rebus poſſeſsis ab ipſis.

51 Occurrit † ſocium conueniri in iudicio ab alio ſocio, qua de iure conuenietur actione, de eo quod fuit conſecutus ex cauſa ſocietatis. Dic quòd nedum pro ſocio, & ſocietatis iudicio, ſed etiam communi diuidundo, ſi ſocii vellent ſocietatem diſtrahere, & aliquid debeatur ſocietati: vnus alteri ſociorum cauere debet, uidelicet ſi aliquid ad ipſum peruenerit, quòd illud communicabit: uel ſi ſoluerit, quòd alius teneatur ſibi de eo refundendo pro parte, quod procedit & eſt verum in omnibus iudiciis bo-

52 næ fidei, l. pro ſocio arbiter, ff. pro ſocio. Actio † enim communi diuidundo non tollitur per actionem pro ſocio, quia habent ſe ut excedentia, & exceſſa, l. ſi actum, ff. pro ſocio: & ſi contra prohibitionem unus ex ſociis deliquerit, tenebitur ipſe, & non reliqui ſocii, l. qui hæredi, §. Paulus, ff. de conditionib. & demonſtrationibus.

53 Paduæ † Venetus quidam nobilis dedit cuidam pellipario, ſeu ueretario, uel ſtrazarolo, ita vulgò nuncupato in Romandiola; ad uendendum unam ueſtem veluti nigri pro triginta aureis, & ſi plus illam venderet, quòd eſſet ipſius pellipari. Fuit quæſitum, an ſit inter ipſum nobilem Venetum, & dictum Pelliparium contracta ſocietas. Dic, quòd ſi ille nobilis Venetus dixerit hoc animo contrahēdæ ſocietatis, erit inter ipſos actio danda pro ſocio, ſin autem, erit preſcriptis uerbis. l. ſi margaritam, ff. pro ſocio: Quoniam tractatu habito inter ſocios cohitur & contra-

hitur ſocietas,& actio datur pro ſocio; & cum ſine tractatu uidetur negocium eſſe geſtum in re ipſa communiter, ſecundùm Vlpianum, l. nam cum, ff. pro ſocio;

54 Occurrit † alius caſus, Creditor cuiuſdam Cremonenſis, Laudenſi cuidam pellipario ſui debitoris, creditori uendidit pelles, quas pro pignore acceperat ab eodem debitore, ſtante ſtatuto, quòd pelliparius vendens pelles non teneatur ſoluere gabellã: an dictus Cremon. creditor, uēdēs teneatur ad ſolutionē dictæ gabellæ, & de euictione rei venditæ. Dic quòd non, quia uenditio facta per creditorem perinde habetur, ac ſi facta eſſet per debitorem; ſecundùm Bal. in l. 1. colum. 2. C. ſi ſeruus extero; & per dictam venditionem transfertur dominium in emptorem, licèt creditor non ſit dominus, l. ſi liberam, & ibi per Doctor. C. quod cum eo; nec tenebitur prædictis de euictione pignorum, l. 1. & 2. C. credi. de euictio. pignor. non debitor, niſi docuerit in eo eſſe potiorem, vel niſi vendat, ut rem propriam, uel niſi ſe obliget de euictione, uel niſi uendat mala fide, ſciens rem non eſſe ſui debitoris, ut in d. l. 2. per Bal. ibi, & in l. ſi cum militaribus, C. de reſtitu. mil. anno.

55 Quero † de rebus, quas nō habent ſocii uenales, an aliquis ex dictis ſociis poterit alienare illas? Dic quòd nō, quia nemo poteſt plus parte ſuá alienare, etiam ſi eſſet ſocius omnium bonorum, l. nemo ff. pro ſocio. Nec iure ſocietatis obligatur ſocius ære alieno per ſocium mutuo accepto pro ſe, & non pro cauſa ſocietatis, quod eſt verum, niſi pecunia prædicta eſſet expēſa in cōi ſocietate, uel poſita in cōem archam; l. iure ſocietatis, ff. pro ſocio, & l. nemo ex ſociis, ff. eod. & per Cyn. & Bald. in l. cum te, C. ſi cert. petat. & in l. ſi ſocius, & ibi Bal. ff. ſi cert. petat. & per Ioannem Andreæ in c. dilecta, extra de exceſſibus Prælat.

59 Societas † ſine dolo malo, & ſine fraudib. fieri debet animo bono, & aliter facta nullius eſt momenti. Nam bona fides eſt contraria fraudi & dolo; nec pactum releuat factum de non diuidenda ſocietate l. ea uerò, § de illo, & l. ſi conuenerit, ff. pro ſocio, vbi habetur quòd ſocietas nō

poteſt intempeſtiuè renunciari, niſi ex cauſis, de quibus in d.l. ſi conuenerit,& in ſequentibus ibidem duabus legibus ſequentibus. Renũciatio ſocietatis præiudicat ſtatim renuncianti,& non præiudicat aduerſario ſuo conſocio, niſi poſt ei peruenerit in notitiam, l. ſed & ſocius,§. ſi. cũ l.ſequen.ff.eod.titu.

57 Quidã † ex ſociis cẽtũ legauit,& ſeu donauit ſeruo cõi, an tale legatũ ſeu donũ debeat conferri inter ſocios,& hæredes legãtis,& ſeu donantis cauſa mortis. Dic quòd nõ, l.verum.§.ſi ſeruo. ff. pro ſocio : nec Sabinus Iureconſultus adiecit hæreditatem, aut legatum, uel mortis cauſa; uel ſimpliciter inter uiuos donatum: quia ſine cauſa obueniunt, ſed ob meritum quoddã accedunt, vel nec adiecit; ff.pro ſocio : ſecus ſi ſpecialiter eſſet factum pactum inter ſocios oĩum bonorũ, ut ſi qua iuſta hęreditas alterutri obuenerit ſit cõis; & ꝙ legatum & donatũ, uel aliter quacũque ratione quæſitum, cõioni queratur, l.ea uero, ff. eod.

58 Ager † quidam à tribus ſociis emptus fuit pro mille; in quo mille unus ex ipſis ſociis poſuit quingentum, & alii duo aliud quingentum; in agro prædicto eſt marmor parius Alabaſtrinũ fodiendum: quantam partem in lapide prædicto habebunt ſocii. Dic, quòd quantam partem habet quis in ſocietate, habet & in terra, & tantam habet in arboribus,& lapidibus ſeparatis ab eis: quia aliud eſt ſeparatio, aliud ſpecificatio, ſecundùm Bal. in l.fin.ff. pro ſocio. vbi deciditur per dictum textum quæſtio prædicta.

59 Quero † de quæſtione quã habui in facto Imolæ: quidam Fauentinus contraxit ſocietatem guadi, rubeæ, pannorum,& lanæ cum quodam Imolenſe,& quodam alio de Caſtro Bononienſe. Imolenſis prædictus de cõmuni pecunia emit magnam quantitatem beſtiarum, & bladorum; an communicetur cum ſocio. Dic diſtinguendo, aut ſunt ſocii omnium bonorum, & communicabitur: aut non, ut in caſu præpoſito non fuerunt, & non communicabitur; ſed pecunia peti debet communi diuidundo iudicio. l. ſi patruus, C. de communia utriuſque iudicii: & poterint

etiam

etiam agere iudicio familiæ erciſcundæ ad recuperandũ eius pecuniam &c. ſi hæreditaria foret.

60 Genuenſes † quidam contraxerunt ſocietatem, & vnus ex ſociis vendidit rem communem de ſociorum voluntate, & precium communicauit. An ſibi ſit cauendum quòd ſi quid damni patietur, reſtituetur ei. Dic quòd ſic, & ſi cautum non fuerit, aget contra eos ſi aliquid oportuerit eos præſtare ob dictam uenditionem: & ſi quis prædictorũ nõ fuerit ſoluẽdo, alii pſtabũt, l. ſi unus, ff. pro ſoc.

61 Duo † Mediolanenſes ſocii pacti ſunt inſimul, quòd eorum filiæ dotetur de communi, an ualidum ſit tale pactũ. Fui conſultus, conſului eſſe ualidum, per tex. in l. ſi ſocius, ff. pro ſocio. Vbi habetur, quòd ſi durãte ſocietate dos reddatur in communi cum ſua cauſa reuertitur, ſecus ſi ſoluta ſocietate recuperetur per filiam, & non nocebit ſocio liberatio ipſius per acceptilationem.

62 Et † ſi actum non fuerit expreſse, quòd de communi dos ſoluatur, de ſua parte uidebitur dotatã, ſecundum Bart. & Bald. ibi, & per Pau. de Caſt. in conſi. ſuo 95. & in conſil. 308. in 2. vol. Et ad prædicta facit tex. in l. quod ſi eo tempore, ff. pro ſocio.

63 Quæro † de ſocio, qui fuit ſtipulatus à conſocio ſuo de dolo non committendo in ſocietate, & promittat pœnam in caſu commiſſi doli, an pro ſocio conueniatur. Dic quòd non, ſed ex ſtipulatu agetur ad pœnam ſi non minus fuerit in pœna, quàm in intereſſe: & hæc pœna imputabitur in ſortem iis, qui eam fuerint conſecuti ſi alter debitor ſit, l. ſi quis à ſocio cum ſequẽti, ff. pro ſocio. ad quæ faciunt notata in tex. l. ſi duo ſocietatem, ff. eod. tit. vbi habetur tribus pactis interuentis in ſocietate agi non poſſe pro ſocio, ſecus ſi duo dumtaxat interuenerint, pœnali ſubſecuta ſtipulatione.

64 In † iudicio pro ſocio quis agens, in dubio præſumitur uti iure ſuo, l. merito, & per Bar. ibi. ff. pro ſocio. in hoc iudicio uenit dolus, & culpa.

65 Et † ſi unus ponit rem, & alius operam in ſocietate, ue-

nit

nit etiam dolus & culpa; & ueniens cõtra mandatum uni
factum, conueniri alius non poteſt; ſecus ſi contra con-
tractum ſocietatis uenerit in primo caſu pœnitere po-
66 teſt, in ſecundo non. Et † ſocietas unius negociationis
non porrigitur ad aliam negociationem; & hac actione
pro ſocio quis non tenetur pro caſu fortuito, quantumqꝫ
res acceperit extimatas, in dubio tamen præſumitur fur-
tum committi culpa eius, cui eſt res ſubtracta, l. cum duo-
bus, ff. eodem titulo.
67 Cum † ſocio plures cõpetunt actiones, utputa furti,
& pro ſocio, ſi ſocius rem communem contracter, An alte
ra tollat alteram. Dic quòd nõ, quia rei perſecutoria actio
non tollitur per pœnalem, neque è contra, ſed benè una
perſecutoria aliam tollit; & idem ſeruatur in omnibus iu-
diciis bonæ fidei, l. rei communis, ff. pro ſocio; non tamen
facilè præſumitur quòd ſocius faciat cauſa furandi, ſeu
quid celandi, ut ibi. Nam ſi ſeruum communem celauerit
non tenebitur lege Fauia de plagiariis ob dictam præſum
ptionem, l. ex merito, ff. pro ſocio; nam lex Fauia loquitur
de libero homine uendito; & pena plagii eſt mortis natu-
ralis. Et ſi damnum in re communi ſocius dederit, tene-
bitur Aquilia, ut ibidem in l. ſi ex ea cauſa, & habens plu-
res uias poteſt eligere leuiorem, l. ſi fratres, §, idem reſpon
dit ſocius, ff. pro ſocio.
68 Quero † de ſeruo communi, an unus ex ſociis poſſit
communi ſeruo donare libertatem inter uiuos, uel in ulti
ma uoluntate. Dic quòd ſic, fauore libertatis, & compellū
tur reliqui ſocii leganti, uel hæredi ſuo uendere partẽ ſuã
ſerui oblato ſibi precio, uel in æde depoſito; & pro rata do
minii inter ſeruos diuiditur peculium ſerui; & ſeruus te-
netur reddere rationes primò ſi præpoſitus eſſet ipſis in-
fra tempus à iudice prætaxandum, habetur in l. 1. C. de
96 communi ſeruo manumiſſo. Emancipatus † quidam
filiusfamilias Ferrarienſis contraxit ſocietatem cum mer
catore Cludienſe, an cõueniri poſſit actione pro ſocio, fuit
queſitum à me, reſponſum dedi q ſic, & pro eo tenebitur

pater

pater de peculio,l. ſi id quod,§. ſi filiusfamilias, ff. pro ſoc.
70 Et † quotieſcunque iuſſu alicuius, uel cum filio eius, aut extraneo ſocietas contrahitur directo, uel cum illius perſona agi poſſet cum eo, cuius perſona inſpecta eſt in contrahenda ſocietate,l. fin. ff. pro ſocio.
71 Filius † enim ante emancipationem obligari poteſt, & obligatur ciuiliter & naturaliter, quod ita non procedit in ſeruo, quia non ante nec poſt alienationem obligari poteſt, neque dominus poteſt eius nomine poſt ſerui alienationē obligari,l. ſi id quod, §. ſi ſeruus, ſuetis ibi gl. ff. p ſoc. Fui interrogatus à mercatore quodā Mātuano, ſi pōt cohiri ſocietas dum uiuunt ſocii, uel ad tempus, aut ex tēpore, aut ſub conditione; Reſpondi, ꝙ ſic, motus per textū in l. 1. ff. pro ſocio, & quòd in ſocietate omnium bonorum, res omnes coheuntium ſocietatem communicantur etiam æs omne alienum, quod pendet ex queſtu, uidelicet id quod ex opera pendet ſociorum, uenit in rationem ſocietatis &c.
72 Item † queritur, an poſſit contrahi ſocietas ut partes pecuniarum, ſeu rerum ſint in ea ponendæ ad arbitrium & ſeu in arbitrio tertii, ut puta Lucii uel Titii, aut talis magiſtratus, ſeu Iudicis declaranda, & ſeu ut conueniatur & ut arbiter aſſumatur, ad illas declarādum. Dic quòd ſic, l. ſocietatem uhi cum quatuor legibus ſequentibus, ff. pro ſocio, dummodo arbitrentur ante mortem arbitri, alias truſtatoria foret ſocietas, l. ſi ita cohitat, ff. pro ſoc. Que
73 ritur † an actio pro ſocio competat ut ſeruetur pactum ſocietatis. Dic quòd ſic, l. Cum ſocietas, ff. pro ſocio.
74 Et † quando inter fratres uoluntaria eſt contracta ſocietas, quilibet debet alteri conferre in id quod conferre tenetur emancipatus, fratribus ſuis exiſtētibus in pote-
75 ſtate. Et † ſi fratres parentū in diuerſas hæreditates retinuerint, & emolumentum, aut damnum in his cōmune ſentirēt, quod aliundè queſiuerint, in commune non redigetur, l. ſi fratres, ff. pro ſocio.
76 Et † licèt quis contraxerit ſocietatem omnium bono

rum

rum pacto quòd quid emerit unus ex ſocijs ſuum ſit, Id tamen communicabit cum ſocijs bonæ fidei ſocietatis iudicio, l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſocio.

77 Et † dolus commiſſus in perdendo facit perdere beneficium, ſecus in non acquirendo. per notata per Bar. in l. nemo, §. finali, ff. pro ſocio.

78 Duo † de Bergomo mercatores pannorum inſimul contraxerunt ſocietatem in arte pannorum, & mercantia olei diſparibus partibus, & inſimul conduxerũt fonticum & domum cum apotheca; quæſitum fuit quam partem affictus habeant ſoluere conductione fontici, domus, & apothecæ conductorum. Diſtinguendum fore ita cõſului: Aut queritur reſpectu locatorum, aut intereſſe; ſi reſpectu locatorum & habeãt partes pares & æquales in ſocietate, pariter ſoluẽt, ut in l. cum apparebit, ff. locati, & in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis: Aut reſpectu intereſſe, & tunc debet ſortiri acceſſorium ſicut principale; & idem eſt ſeruandũ & in maſſaritiis, & ſuppellectibus ſocietatis. argumen. legis quemadmodum, C. de agricolis & cenſitis lib. 11. & l. ſed & addes, §. ſi quis mulierem, ff. locati.

79 Occurrit † caſus quòd unus ex ſociis receſſit à ſocietate cõmuniter inita, uel à communi domo conducta, An poſſit alium in locum ſuum ponere, inuito ſocio, glo. tenet quòd nõ, Inſtituta locati, in §. finali: quia eſſe poſſet, quòd in ea poneret perſonam inhoneſtam, quod non eſſet licitum, l. non aliter, ff. de uſu & habitatio. Arbitrium autem eſt ſpectandum boni uiri in re communi. Ad quæ faciunt notata per Bald. in l. 1. C. qui teſtamen. facere poſſunt, & in l. nemo, C. locati, & ſic ſocius diſcedens de domo conducta, non poterit alium dimittere in ea inuito ſocio, per dictam gloſam. Nec ſcholaris inuito ſcholare conſocio poterit in domo conducta ducere ganæam, tenet gl. in d. l. nõ aliter, ff. de uſu & habit.

80 Pater † quidam habens duos filios, unum legitimum & naturalem, & alium ſpuriũ, fuit operatus quòd iſti filii inſimul inierunt ſocietatẽ omniũ bonorum, & ita contraxerunt, & induſtria ſua maximas fa-

cultates

cultates quæſierunt inſimul. Deceſſit pater teſtatus,inſtitu to uniuerſali hærede filio ſuo legitimo & naturali,alimen tis dumtaxat relictis ſpurio prædicto, ſecundùm diſpoſitionem iuris canonici. Fui conſultus ſi quid aliud com petebat dicto ſpurio,qui induſtriã ſuã poſuit,& bene ſe ha buit in dicta ſocietate. Conſului,quòd vigore dictæ ſocietatis debet habere partem ſuam,ſecundùm Bald.in l. ſocietatem,in ultim. col.C.pro ſocio, & in l.ſi his qui duos, C.de libe. legat. & per Bar.ibi.Et ſic poteſt dari cautela pro ſpurio quando pater uult partem peruenire ad ſpuriũ bonorum ſuorum faciat ipſum contrahere ſocietatem om nium bonorum cum filio legitimo & naturali, & partem habebit uigore dictæ ſocietatis.

81 Quero † de nauigatione,an in ea poſſit contrahi,& ca dere ſocietas.Dic quòd ſic, l.nec quiſquàm,ff.de exercito ria actione.

82 Socius † quidam mercator promiſit conſocio ſuo ſe uelle tenere ad omnia damna, expenſas, & intereſſe,& ad contrabanna pro mercibus, an talis promisſio ualeat. Fui conſultus & conſului quòd non, motus doctrina Baldi in l.ſocietatem,columna ultima,C.pro ſocio.

83 Ligur † quidam mercator poſuit centum in ſocietate cum Lucenſe quodam mercatore in ea operam ſuam ponente, & tranſacto multo tempore fuit ſolum repertum capitale,quod Ligur poſuerat, an ſit illud diuidendum cũ ſocio quęſitum fuit,glo.tenet quòd ſic,in l.ſocietatem,C. pro ſocio,in uerbo conferente, niſi aliter ſit pactum inter partes, l.2.ff.eo.tit. & glo. firmat hoc eſſe iuris, ſed aliud ſeruari de cõſuetudine, cũ ex ea ſeruetur capitale pro eo, qui illud poſuit,l.licet,C.locati, quæ non uidetur ualere, neque pactum ob peccatum,& naturam fœnoris. Baldus tamen tenet contrarium in dicta l. ſocietatem, C.pro ſocio,in 2. & 3.columna, uidelicet capitale ſaluum fore de iure, & de conſuetudine. Vbi ponit de ſocietate gregis,ꝙ fructus diuiduntur,& non capitale.Prædictis accedit ſtatutum ciuitatis patriæ meæ Rauennæ ſub rubrica De ſoci

dis non diuidendis, niſi lapſo quinquẽnio, quo elapſo diuidantur armenta & greges, eorumque capitalia & fœtus.
84 Accidit, † quòd dicto pendente quinquennio, & infra ipſum quinquennium naturali morte perit aliquod animal ex illis, quæ data erant in ſocietatem, ſeu ſocidam; nũquid Socidarius ruſticus teneatur mihi ad aliquid. Dic quòd non, quia eodem modo fuiſſet penès me peritorũ, etiam ſi animal datum fuiſſet æſtimatum, quoniam in cõtractibus non ordinatis ad dominium, ęſtimatio non facit emptionem, l. cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro ſocio, & per Bal. in l. ſi ex conuentione, & in l. ſi paſcenda pecora, C. de pactis, & in l. ſocietatem, C. pro ſocio, & l. 3. C. locati: & hoc pro regula traditum eſt, in l. cum manu ſata, §. nemo, ff. de contrahenda emptione.
85 Sed † ſi periit caſu fortuito, cui reſiſti non potuit, periculum erit cõmune, l. cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro ſocio. Vnde ſi animal meum erat æſtimatum in decẽ, ruſticus tenebitur mihi tantùm in quinque reficere, quia damnum eſſe debet commune. Sed ſi interuenerit culpa ruſtici, ipſe tenebitur emẽdare mihi totum damnum, quoniam ante tempus diuidẽdæ ſocietatis totum animal meũ eſt, licèt fuerit æſtimatum, & ita decidit textus in l. ſi paſcenda pecora, C. de pactis. Sed poſtquàm debuit animal diuidi ſi interuenit culpa ruſtici, tunc non tenetur mihi niſi ad dimidiam partem pretii, quoniam me non damnificauit in plus, & ſic differt à caſu fortuito, & à caſu naturalis mortis, habetur per Bal. in l. ſocietatẽ, ff. pro ſocio, colum. 4. & in dicta l. cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro ſocio, & in l. ſi paſcenda, C. de pactis. & ibi per Paul. de Caſtro. Refert Angelus de Vbaldis in ultima quęſtione ſui Tractatus ſocidarum, quod ſi animal datum in ſocida perierit ex natura, ſcilicet diuino Iudicio, & ex naturali infirmitate abſque defectu eius, qui recepit illud in ſocidam, & tunc erit damnum domini, aut defecerit ex negligentia recipientis, & tunc totum damnum erit recipiẽtis in ſocidam, aut defecerit ex caſu, & tunc damnum erit
com-

commune dantis & recipientis in ſocidam.
86 Quero † de teſte ſocio, an poſſit eſſe idoneus teſtis ꝑ ſocio. Dic quòd ſic, in cauſa ciuili, ſi commodum ullum nõ ſentit ex ſua teſtificatione, & quatenus reſpiciat partem ſocii, & lucrum non redeat ad eum, teſtificabitur ritè, aliàs non, cum foret teſtis in cauſa propria, glo. eſt optima inſtitu. de teſtamen. ordinandis, in §. legatariis in uerbo damus, c. quoniam aliqua, extra de teſtibus. & ſic iurabit ſe non habere intereſſe, nec aliquod commodum conſe-
87 qui ex ſua teſtificatione. Inter † mortales bona fide plures contrahuntur ſocietates, & nulla ſocietatis communicatio ſit in æternum, l. nulla, ff. pro ſocio, & uariis modis diſſoluitur legitimè contracta, l. verũ, §. ſocietas, ff. eod. titu. Contrahitur ex perſonis ſocietas, ex rebus, ex uoluntate & actione; ex perſonis uidelicèt ex maxima & media capitis diminutione, ſcilicèt ciuili morte uel naturali, l. actione, §. morte, ff. pro ſoc. & inſtit. de capi. dim. §. pen. Ex re cũ mutetur rerum conditio, ut de re prophana effecta ſacra, cum qua non eſſe poſſet comerciũ inter ſocios, uel rei publicatione, aut caſmate, ruina, incendio, uel naufragio; & cum res euaneſcit & in totum perimitur &c. Voluntate & renunciatione cũ ſeparatim ſocii agere cœperint, & unuſquiſque ſibi negocietur actione: cum autem ſtipulatione aut iudicio ſit mutata cauſa ſocietatis, & dictato iudicio, ut ſocietas diſtrahatur, renunciata eſſe intelligitur quęuis ſocietas, ut placuit Proculo Iuriſcõſulto; diſtrahitur ſocietas in bonis uẽditis à creditoribus unius ſocii, ut placuit Labeoni iuris quoque conſulto; & ſi quid damni, lucrive acciderit in re conducta, uel emenda pro ſocietate, cõmune erit ſociorum. Diſceſſu diſſoluitur ſocietas renunciatione, quæ quidem renunciatio ſi fuerit intempeſtiua non liberat renunciantem, ſed facit liberari ſocios à renunciatione, quæ fieri poteſt per ſe, & per procuratorem quantũque generalem, & procuratori facta renunciatio debitum habet effectum, ſi dominus id ratum habuerit, ut in dicta l. actione, ff. pro ſocio.

88 Piſani † quatuor mercatores inter ipſos contraxerūt ſocietatem,& conuenerunt,quòd unus ipſorum ponat nauem,& alius perſonam cum operibus ſuis & familiæ ſuæ, & tertius pecuniam tantùm,& quartus operam tantùm in emendo plures merces pro portando illas ad Ciuitatem Genuæ,& ad alias Orbis partes.In quibus.n.partib.ſocietatis hi ſocii intelligantur eſſe & ſint tam in lucro,quàm in damno.Fui conſultus & conſilium dedi,quòd in partibus æqualibus,niſi aliud pactum ſit inter ipſos, quia ſocietas habet inſtar fraternitatis;unde in ea ſicut inter fratres debet ſeruari æqualitas,ita inter ſocios,l.ſi non fuerit, ff. pro ſocio,& per Bal.in l. ſocietatem, ff.eod.titu.Et ſi perdita fuerit pecunia,uel nauis in ſocietate poſita,an teneatur ſocius,quiperſonam ſuam poſuerat in ſocietate. Dic quòd non, niſi dolo & culpa ſua ſint perdita,ut in dicta l. ſocietatem, ff.pro ſocio.

89 Quidam † ex ſociis plura debita contraxit ſub cōditione & termino, quibus pendentibus diſſoluta eſt ſocietas, & ea poſt conditio uenit & tempus, an ſint ſoluenda dicta debita de cōmuni.Et ſi quid ſolutum fuerit ab uno ſociorum indebitè,an repeti poſſit à communi pro ſocio.Dic quòd ſic,& tenebitur in diſſolutione ſocietatis ſocii cauere & dare fideiuſſiones de ſoluendo,cōditione exiſtente, ut defendatur ſocius, qui pro ſocietate contraxit, l.omne æs,cum ſequenti lege,& per Doctores ibi,ff.pro ſocio.&c.

90 Diligentia † unius ſociorum an compenſetur cum negligentia alterius,uel è contra,uidelicèt,ſi alter eorum diligenter exercuerit,& pro ſocietate lucratus eſt,& quidā alius ex ſociis fuit negligenter operatus, & damnum paſſus eſt, an diligentia compenſetur cum negligentia. Dic quòd non,l.planè cum duabus ſequentibus legibus, ff. ꝑ ſocio.Et ſic habetur argumentum, quòd ſi tibi dedi pecuniam perferendam alicui,& eam perdas, teneor propter malam electionem,quam feci de te negligente,quaſi mala electio ſit in culpa,ſi per alium id facere potuerim,aliàs non teneor niſi in eligendo, argumen. legis cum fine & cum

cum ſequenti lege, ff. cōmodati, & per glo. in l. nō obeā, ff. pro ſocio.

91 In † ſocietate culpa leuis eſt non adhibere eandem diligentiam, quam in ſuis adhibere quis ſolitus eſt tempore contractæ ſocietatis, l. ſocius à ſocio, ff. pro ſocio.

92 Quero † de ſocio, qui furatus eſt rem communem, an teneatur ſocio ſuo de furto, an pro ſocio. Dic teneri de furto, l. ſi ſocius communis, ff. de furtis.

93 Socii † plures habentes domum communem ruinoſam, & pro maiori parte deſtructam; vnus eorum uult eam reædificare, & alii renuunt id fieri, an cogi posſint renuentes ab eo, qui illam vult reficere, ut concurrant, & patiantur refici, cum interſit Reipublicæ, vt ædificia conſtruantur pro ornamento ciuitatis. Dic quòd ſic, l. vt pro ponis, C. de ędificiis priuatis; & per glo. in l. ſingulari, ff. eodem. vbi dicitur hoc locum non habere in aliis priuatis, neque in nouo ædificio faciendo, & ꝙ in ſociis ſeruatur, in curialibus, & prohibetur deſtructio, vt ibi.

94 Quero † de caſu, ſi ſocius pro domo communi minā te ruinam posſit petere ſibi caueri à conſocio ſuo de damno infecto. Dic quòd non, quia aliam uiam habet, poteſt enim reficere domum prædictam, & partem expenſarum cōſequi actione pro ſocio, aut communi diuidundo. Nā cautio damni infecti nunquàm præſtatur ſi alia uia poteſt damnum reſarciri, l. ſi ædibus, ff. de damno infecto. Et poterit etiam vnus ex ſociis inuito ſocio domum reficere, & poſt refectionem factam infra menſes quatuor ſoluatur ſibi pars refectionis contingens ſocio recuſanti, aliàs acquireret dominium partis, & ſeu ſocii negligentis ſoluere, & poterit etiam petere intereſſe ſuum propter expenſas, l. cū duobus, §. idem reſpondit, ff. pro ſocio, ut pulchrè notat Angelus in l. inter quos, ff. de damno infecto, & l. ſi ut pro ponis, C. de hæredit. priuat.

95 Quid † ſi Princeps, aut Magiſtratus propter delictum unius de familia, uel ſociorum, aut fratrum in communione uiuentium, habentium domum cōmunem deſtruxerit

eam,

eam, an teneatur conſocio fratri, uel conſorti inſonti, qui non deliquerit ſoluere pretium partis ſuæ quam deſtruxit. Dic quòd ſic, l. mulier in opus ſalmarium, ff. de captiuis &c. & l. 1. ff. de iuſtit. & iure, & in l. 1. C. de deſertoribus, libro 12.

96 Occurrit per dies caſus: Fratres duo ruſtici, mortuo eorum patre habentes prædium cõmune hæreditarium, uel ab ipſis cõmuniter quęſitum, conduxerunt plura prædia diuerſorum ciuium ad laborandum, & vnus ex dictis fratribus habebat duos filios, & ſeu plures maſculos & fęminas, qui & quæ ſecundum morem ruſticorum, ſimul laborabãt, & laborarunt, & bona multa acquiſiuerunt tam ex fructibus rei communis, quàm prædiorum, quæ acceperunt ad cultiuandum. Venerunt ad diuiſionem, & quomodo fieri debeat iſta diuiſio? Dic quòd ſicut ementes aliquid in cõmuni uidentur tacitam inſimul contrahere ſocietatem, l. cum proponas, C. pro ſocio, ita conducentes. Et ideò cõſiderandum eſt, quòd de fructibus prędii cõmunis reſpectu medietatis fructuum, qui debentur, reſpectu proprietatis fundi, quæ diuiditur inter illos ſolos duos fratres, quia ſunt proprietarii illius rei. Illa autem dimidia, quæ præcipitur iurę laborationis pro cultura, & cura, diuiditur inter omnes, quia hæc ſocietas eſt illius naturæ, quòd in capita, & non in ſtirpes diuidatur lucrum operarum. Et ita fit diuiſio in capita, ſecundùm Bal. in l. ſi patruus, col. fi. C. cõm. vtriuſque iudicii, & per Angel. de Peruſio fratrem Baldi, in Tractatu duorum fratrum in cõmunione uiuentium. Eſt tamen conſiderandum, quòd ſi laborerium factum fuerit cum bobus cõmunibus, attribuenda eſt dimidia lucri ipſis bobus, & pertinebit ad duos fratres, & alia dimidia attribuitur operæ, & qui plus ponit in opera, plus habere debet in diuiſione fructuum iudicis arbitrio: ita conſuluit Bart. & cum eo tranſit Angelus in d. ſuo Tractatu duorum fratrum, &c. Alia portio ad omnes pertinet proportionaliter & uiritim, l. illud, C. de collatio. l. ſocietatem, C. pro ſocio. Nam bonum operę ſi operarentur non minus

fru-

fructificant, quàm operę perſonæ ubi eſt tale laborerium, in quo uerſantur continuata, vel quaſi opera bouum, ſicut perſonæ. Et dic, quod ſi ſunt ſocii omnium bonorum, opera bouum uidetur accedere operæ perſonali, Inſtitu. de rerũ diuiſione. §. ſi quis à non domino, ubi dicitur quis pro cultura, & cura lucratur fructus; ad hoc facit tex. in l. ſocietatem, C. pro ſocio. Quia vnus frater ponit rem & operam, & alter opera tantùm, glo. tamen ſentit ibi, quòd in dubio fiat ęqualis diſtributio, ita tamen, ut ęqualitatis non deſit conſideratio, l. 3. C. pro ſoc. & per Bar. in l. 1. §. nec Caſtrenſe, ff. de collatio. bonorum, & in l. ſocietatem, & per Bald. ibi. C. pro ſocio, & in l. rei iudicatæ, §. fi. ff. ſoluto matrim.

97 Quid † ſi duo ſunt fratres in cõmunione viuentes, & imponatur collecta, an ambo teneantur ſigillatim ad eam de per ſe ſuſtinere onera, & ſoluere collectas. Dic quòd ſic, l. licet, C. de decurionibus, lib. 10. & l. 3. C. de collatio. fundi patrimonialis, lib. 11. habetur per Bar. & Bal. in l. tria onera, ff. de excuſat. tutor. & in l. fi, §. ſi plures, ff. de bonis damnatorum, & in l. qui fundum. §. cohæres, ff. ad leg.

98 Falcidiam. Nemo † cogitur ſtare in cõmunione, l. ult. ff. cõmu. diuidundo, & ei ſuccurritur in diuiſionibus, qui eſt deceptus dolo aduerſarii, aut re ipſa ultra dimidiam iuſti precii, & ſeu partis, ualoriſque rei, l. maioribus, C. cõmunia utriuſque iudicii. Et diuiſio facta inter fratres ſtari debet firma, niſi reſtitutionis beneficio reſcindatur, & non diuiſa diuidi debent: & ratio eſt habenda in hoc iudicio culpæ, & fructuũ, l. ſi maior, C. cõmuni diuidundo, & omnia quæ ſunt cõmunia ueniunt in hoc iudicio, & fit diuiſio iuſta, interuentu competentis iudicis, & licitabitur ſi opus fuerit & opportunum, l. ad officium, C. communi diuidundo. Nec põt frater partem ſui fratris obligare, nec minor maiorem, nec maritus vxorem, neque Eccleſia prouocare poſſunt ad diuiſionem, ſed prouocari licitum eſt habetur, in glo. legis ultimæ, C. cõmuni diuidundo.

99 Et † ubi non eſt ius ſociale uel cõmune, ibi nõn cadit diuiſio, l. familiæ, C. cõmunia utriuſque iudicii. Et titu-

Ius de alienatione iudicii habet locum etiam in iudiciis diuiſoriis, l. cõmunis. §. ſi ff. cõmuni diuidũdo: & id quod culpa unius fit in re cõmuni, à magiſtratu uenit reſarciendum in hoc iudicio cõmuni diuidundo, l. ſi his cum quo, ff. com mu. diuid.

100 Senenſis † quidam habens rem communem cum Romano, uolens illam diuidere an pro ſocio agere debeat. Dic quòd non, quia alio iudicio aget, ſcilicet cõmuni diuidun do. pro ſocio tamen aget ad hoc ſi fructum percepiſſet ex re communi, & ſi partem ſuam alienauerit aget cũ nouo conſorte communi diuidundo, iudicio legis primæ, C. cõmuni diuidundo. Fructus autem ueniunt in hoc iudicio ſiue percipiantur immediatè à ſocio, ſiue locentur colono cõmuni nomine: ſinautem proprio nomine locentur, damnum erit locantis, interim uero erit commune, l. ſi quis, ff. communi diuidundo.

101 Quero † de caſu an inter illos, qui non habent iuſtã poſſeſſionem competat hoc iudicium cõmuni diuidundo. Dic ꝙ non, quia ſi petitor dicatur iniuſtè poſſidere ab hoc iudicio remouebitur, l. communi, ff. cõmuni diuidun.

102 Quero † de re corporali, quam duo, aut plures habent in cõmuni, & eius dominium erat noſtrum, nunquid in hoc iudicio ueniat cõmuni diuid. Dic ꝙ ſic, ꝙ ſecus foret in iure hæreditario, quoniam ius hæreditarium eſt incorporale, ſed ſi incorporalia iura fuerint acceſſoria corporalibus rebus, tunc uenirent in hoc iudicio, aliàs nõ, cum tangi non poſſint, l. arbor, ff. communi diuidundo.

103 Sed † ſi ex uno fonte fuerit conſtituta ſeruitus pluribus, ut aquam ducant, tale iudicium experietur cõmuni diuidundo inter ſe, ſi fuerit inter ipſos diſcordia, quia arte prudẽtum aqua pro corporalibus rebus partiri poterit, l. Lucio Titio, ff. de aqua quotidiana & ęſtiua.

104 Puteus tamen communis venit in hoc iudicio ſi fuerit & ſi ſitus in fundo & terra communi, & facta diuiſione plurium cõmunium rerum quibuſdam pro indiuiſis relictis in cõmuni, an hoc iudicium habebit locum in dictis rebus

bus relictis in communi pro indiuiſis. Dic quòd ſic,l.per hoc,ff.commu.diuid.

105 Quid † de vicinia habente puteum & porticum communem indigentem refectione, an vnus ex vicinia uolens vitare expenſam refectionis poſſit renunciare uſui, & cõmodo ſuo rei prædictæ. Dic quòd non,ita dicit Speculum iuris,in titulo de cenſibus, in §.2. & Alex. in l. Prætor.§. hoc ędictum,de damno infecto,& Bal.& Angel.in l.ſi cum vſufructuarius,ff.de uſufructu,& per glo.& Doctores,in c. fi.de capit.qui curiam uendidit,in vſibus feudorum,& per Romanum in ſingulari ſuo,nu.69. incipiente puteus &c.

106 Fructus † vectigalis an ueniāt in actione,& ſeu iudicio communi diuidundo. Dic quòd ſic,quia in dicto iudicio ſunt diuidendi,ſed non adiudicandi,l.communi,ff. communi diuidundo.

107 An † utili iudicio cõmuni diuidundo quis agere poſſit,& non directo iudicio communi diuidundo,ſocius,aut frater,qui poſitus fuit in poſſeſſione domus uicini ruinoſæ,qui noluit cauere de damno infecto. Dic quod ſic. Nã duplex eſt iudicium communi diuidundo,directũ, & utile:directum tantùm,& vtile tantùm. Directũ tantùm datur in re,quæ fuit & eſt cõmunis. Et utile tantùm quando res non ſit communis datur,l.ſi quis putans,ff.communi diuidundo: & ceſſat utrunq; directum & utile,ſi res nõ fuit nec eſt cõis,ſed ſi fuit quantumque nõ ſit,utile datur, & non directum iudicium communi diuidundo. Quod datur in caſu tantùm quando res fuit & eſt communis ad conſequendum partem ſuam diuiſione facienda, firmat glo. finalis,in l.1.ff.communi diuidun.

108 Quero † de eo,qui fecit expenſas in re cõmuni tempore quo erant domini in poſſeſſione poſiti rei ruinoſæ ex ſecundo decreto, utrum modo posſit hoc directo iudicio communi diuidundo eas recuperare à te. Dic quòd ſic. l. ſed ſi res,cum ſequenti lege,ff.communi diuidundo. Et id,quod quis facit in fundo, quem ſcit eſſe communem cum Paulo conſocio, & pariter, id quod facit in fundo,

quem putat communem cum eo, cum quo non eſt, uenit in hoc iudicio communi diuid. Id autem quòd fit in fundo, quem putat eſſe proprium, & uerè commune eſt, non uenit in hoc iudicio, ſed poſſeſſori retentio datur, qui etiã tranſit in ſingularem ſucceſſorem, l. hoc iudicium, & per Bar. & alios ibi, ff. communi diuid.

109 Queritur † ſi uni ex ſociis poſſit ſufficienter renunciare nouum opus, & ei ſoli liceat. Dic quòd ſic, ſi nunciatio ex parte eius, cui nunciatur ſit in rem, & ex parte eius, qui nunciat ſit in perſonam. Ideò omnes ſocii debent nunciare, l. de pupillo, §. ſi plurium, ff. de noui oper. nunci. quo edicto ſi fiat contra denunciationem, oritur interdictum, per quod agitur ad demoliendũ, etiã ſi aduerſarius habuerit ius faciendi uel ędificandi, l. ędibus,
110 §. interdictum, ff. de noui oper. nunciatio. Et † licèt aliàs ædificans teneatur deſiſtere ab ædificatione, facta ſibi nunciatione, & ſi ipſe nuncians non habeat ius nunciandi, non tenebitur deſiſtere, l. prætor ait, §. ait prætor, ff. de no. oper. nunciatio. Et fallit ſi ex facti euidentia appareat nunciantem nullũ ius habere in tali nunciatione, quia tũc poterit ſperni talis nunciatio, ut firmat Bartolus in l. 1. in ſexta oppoſitione, ff. de noui oper. nunciatio. Adde amicũ meum Hyppolitum Marſilium ad hoc multa allegantem in rubrica de probationibus, num. 167.

111 Ex † triplici cauſa nunciatur, aut naturali, aut publica, aut impoſiticia, uidelicet ſi quid feciſſet contra ſeruitutem ædibus ſuis impoſitam, ut in l. ædibus, §. interdum, &
112 in §. Sextus Pedius, ff. de no. oper. nunciatione. Et † an ille qui ſimplici uerbo nunciat, ſi habet poſſeſſionem, illam tacitè perdat. Dic quòd ſic ipſo iure, l. 1. §. operis, ff. de noui oper. nunciatio. Secus ſi per Prætorem, aut iactũ lapilli; & contra eum qui ædificat ſpreta nunciatione, quæ in rem concipitur, & non in perſonam, l. prætor ait, ff. eodem titulo.

113 Queritur † ſi agens interdicto, quòd ui, aut clam, aut uti poſſidetis poſſit experiri, & cõpetat ſibi hoc prætoriũ

ædictum

ędictum noui operis nunciatione nè dum pro ædificatione,ſed etiam pro immisſione,ut in l.de pupillo, §.ſed & ſi ædes,& in §. meminiſſe,ff.de no.oper. nunciatio. Reſi-
114 ciēti † uetus ædificium,nouum opus non nunciatur, ꝙ ſolum habet locum in nouo ædificio & opere, & ad opera quę cohęrent ſolo,& non ad alia,ut in l.1.§.hoc autem ędictum,ff.de no.oper.nunciatio.Quod quidem ędictum eſt principaliter introductum in fauorem priuatorum,& ſuper inde paciſci poteſt non derogando iuri publico.
115 Et † triplici cauſa, ut dictum eſt, fit nunciatio noui operis, ſcilicet iuris noſtri conſeruandi cauſa, uel damni depellendi, aut publici iuris tuendi;& omnes poſſunt denunciare publici iuris cauſa tuendi, excepto ſeruo & pupillo,l.in prouinciali,§.fin.ff.de no.oper.nunciatio.Et cōtra molientem nouum opus ſuccurritur hoc ędicto in factum actione.
116 Queritur † ſi ſpernenda ſit nunciatio noui operis,& an habeat effectum in riuis,& cloacis,ac in rebus ubi eſt dilatio allatura periculum. Dic quòd ſic,quia Prætor generaliter excipit opera illorum,quorum mora eſt allatura periculum, l. de pupillo, §.ſi quis riuos,ff.de noui oper.
117 nunciatione. Quid † ſi nunciator noui operis ſit paratus docere ſtatim de ſuo iure, an audiri debeat, & de cauſa cognoſci,& infra tres menſes terminari. Dic quòd ſic,& dictis peractis tribus menſibus auditur ædificator,offerens de opere moliēdo ſatiſdationem ſuis ſumptibus ſi
118 non rectè ædificauerit. Et † ſic opera per inanes denunciationes prohibentur,& rectè conſulitur denunciantibus,l.vnica,C.de noui oper.nunciatio.& l.ſtipulatio, ff. eod. Vbi etiam habetur,quòd ſi pluribus denunciatur,omnes tenentur ſatiſdare,& ſi plures nunciant, debent omnibus,aut uni pro omnibus ſatiſdare; & ſtipulatio tūc ſimpliciter concepta ad omnium ĩterreſſe refertur,& datur hoc ędictum contra hæredem ad patientiam,& non ad impenſam.Hoc.n.interdictum eſt in rem ſcriptum, & tranſit in ſingularem ſucceſſorem,l.penul.& fin.ff.de no. ope.nunc.

116 Quid † de exiſtente in magiſtratu an ei fieri poſsit denunciatio noui operis. Dic quòd non, ſicut non poteſt in iudicio conueniri, ſed datur conſilium ſibi proteſtari ſe uelle ipſi facere talem nunciationem finito officio & magiſtratu, & ſecuta poſtea nunciatio, tenet retrò ad diem proteſtationis, ut opus prefectum deſtruatur factum poſt proteſtationem, l. de pupillo, §. ſi quis, ff. de noni operis nunciatione &c.

Finis Libri Tertii.

LIBER QVARTVS DE RE NAVALI,

ALexander Magnus curioſus valde, ſcire uoluit à ſapientibus Sabba urbis, ſi mare aut terra nutriret plures beſtias, numero.18.

Alimentandi ſunt uecti in claſſe per Duces.numero 2.

Alimenta quanam ſint ſolita dari in claſſe degentibus, numero 3.

Alimentorum legatum qualiter detur & ſoluetur, numero 9,

Alimenta qualiter taxentur pupillis, Iudicis arbitrio, numero 14.

Audaces quare eſſe debeant nauigantes in claſſe, numero 18.

Chares Lacedæmonius qualiter uictoriam habuit contra Thebanam claſſem, queſitis cibarijs, numero 17.

Cares Græcus incontinens fuit, ideò Phocionem continentem & expertum Ducem Græci miſere in præſidium ByZantij, ſemoto Caride, numero 5.

Catò fuit continens, & neſcebatur cibarijs remigantium, numero 4.

Duces claſſium tenentur curare nè deficiant neceſſaria ſua claſſi, numero 16.

Fides quare ſit omnibus ſeruanda, numero 21.

Fides ſeparat fideles ab infidelibus, numero 21.

Fide obligatur Deus, qui non facit diſcrimen inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, numero 21.

Focion Dux Atticus prudens fuit, continens, & doctus in omni bello, numero 5

Hæres obligatus dare alimenta lagatarijs, an illa teneatur portare ad

domum legatariorum, numero 15.

Inſamia nulla eſt maior, quàm rumpere fidem, numero 21.

Milites tenentur eſſe aſſiduè exercitati nè pigreſcant, numero 6.
Miniſtri eſſe debent experti in claſſe, in qua degunt pro rebus opportunis, numero 1.
Mulier an teneatur ad onera cui ſunt legata alimenta & maſſaritias pro dicto legato. numero 10.

Nauigantes equor diſcunt optimè adorare Deum, numero 19.

Oratio proficua pro ſalute nauigantium in claſſe. numero 20.

Penuria expertorum claſſis, qualiter armari poterit claſſis, numero 8.
Pupilli ſunt de ſuo, & non de tutoris bonis alendi, num. 12.

Scipio Naſcica qualiter ſuos milites exercuit nè pigreſcerent, num. 7.
Stipulatio alimentorum an ſit una, uel multiplex, numero 14.

Vidua honeſta uita alimentari debet de bonis uiri, numero 11.

ARGVMENTVM.

De Alimentis, & cibarijs, ac ſtipendio dandis nauigantibus in claſſe.
De Alimentis legatis, &
De Fide ſeruanda.

1 IN claſſe prudẽtisſimi Duces fidos miniſtros † habere debẽt, qui miniſteria faciãt neceſſaria degentibus in claſſe, & nauigantes cũ ipſa debito ſtipendio conuentos cum reliqua turma bene tractare remigantium, & ſeruientium in ipſa claſſe, & mercede dignis ſatisfacere, & benè meritos præmiare: Vox enim oppreſſorum, & merces retenta laborum, innocentumq́ue ſanguis occiſorum, exclamat aſsiduo ad Deum iuſtitiam & uindictam. Nam Deus cũcta ſcit, & habet ante oculos præterita, præſentia, & futura; & omnes exaudit pręcantes, & nemini delinquẽtium parcit Diuina iuſtitia ſua.

2 Et † habent Duces ſuos in claſſe uectos alimentare, & illos placido vultu perſæpe conſolari promiſsionibus largis, iuxta illud Naſonis, Poetæ Sulmonenſi. *Pollicitis Dux quilibet eſſe poteſt*. Prout faciunt Medici, qui ſanitatem promittunt cunctis, iuxta illud Poetæ Venuſini.
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

3 Optimi † quidem bellorum Principes, & Ductores claſſicæ gentis tenentur ſuos optimè pertractare in cibis, & ſtipendio; duobus ſaltem & tribus in qualibet hebdomada diebus dare illis carnes ultra alia cibaria; & in reliquo tempore eoſdem paſcere leguminibus uariis cum pane, biſcotto nuncupato; & uino, ſeu aceto mixtis cum aqua potabili.

4 Et † continens Cato cibariis utebatur, quibus ueſcebãtur

tur Remiges, incumbendo uirtuti, & gloriæ; odens auaritiam, & libidinem; ob quas ſibi inimicãtur populi Martiales uirtutis amici.

5 Et † ſi Chares Dux electus Athenienſiũ contra Philippum Macedonum Regem, patrem Magni Alexãdri, claſſe inuectus in amicorum ſuffragium Byzantii rupto, & capto Moloſſo cũ exercitu Attico, tranſacto Elespõto, ut occuparet Cheroneſe, Pyrinthium, & Byzantium cum claſſe amicos libidine, & auaritia non afflixiſſet, habito ab illis odio magno, nõ fuiſſet neceſſe Atticis, reuocato Charide eorum Duce, mittere ſuum Phocionem uirum continentiſſimum & prudentem, in omni doctum militia, amicorum deprecationibus cum claſſe mittere in ipſorum præſidium Byzantinorum, qui extra vrbem Byzantii celeriter inuectus cum claſſe fuit caſtrametatus: quem Byzantini, Dyone hoc cum toto Senatu procurante, perorarunt, ut intra ciuitatem caſtrametaretur cum exercitu; & ut amicis morem gereret intrauit Byzantium cum exercitu ſuo; ubi modeſtè, prudenter, & continenter permanſit cũ gente ſua, & hoſtes bello fugauit extra Eleſpontum, liberatis amicis ab obſidione; captis ex Macedonibus nauibus multis, & caſtris; dato uaſto in terra hoſtili.

6 Suos † ſemper tenẽdo milites in aſſiduo exercitio nè pigreſcerent, & ocioſi permanerẽt, & ut hoſtes fierẽt Veneris. Iuxta illud Ouidii de remedio Amoris, Scribentis.

7 *Ocia ſi tollas periere Cupidinis arcus.* Publius † Scipio Naſcica nè ſui milites pigreſcerent, quantumque non indigeret nauibus, fecit per milites ſuos ligna præparari pro claſſe, quam artè conſtruxit, nẽ ſui debilitarentur ocio

8 in ſtationibus ſuis. Et † dum foret penuria habendi milites pro claſſe, poterit armari militibus exercitatis in equis, exemplo Lyſippi Lacedęmonii, qui fuit Dux in ſuffragium miſſus Syracuſanorum, & arte tali ingentem claſſem armauit uiris ſui equitatus, & contra Athenienſes pugnauit, & uictor permanſit, liberatis Syracuſanis ab obſidione; expugnato & capto Palmyrio cum magna preda,

mul-

multorum ex hoſtibus,ſecuta cęde & captiuitate,ſublata il lis occaſione habendi uictum.

9 Legatum † alimentorũ,quomodo detur,quæſitũ à me fuit,& reſpon di arbitrio boni uiri; ſcilicet Iudicis,l. continuus,ff.de uerbor.obligatio.perſonarum inſpecta & attẽ ta conditione dabuntur alimenta, l.alimenta,ff.de alimẽ tis & cibariis legatis.

10 Quero † de caſu occurrẽti,ſi mulier cui legata sũt alimẽ ta, & ut ſit domina & maſſaria bonorum in domo mariti, an teneatur pro ſibi datis pro alimentis ad grauamina & onera impoſita per cõe. Dic quòd ſic,& ſi nõ habuerit pro uictu,ſolutis onerib. prędictis de rebus ſibi legatis pro ali mentis,an potuerit de iure uẽdere maſſaritias & alia bona legāti,& de pretio eorũ uiuere. Dic ꝙ ſic, l.quero,ff.de uſu fructu legato,& l.diuus,ff.de pet.hær.& per Bal.in l.ſi mari tus,ff.ſol. matrim.& l.qui bonis C.qui bonis cedere poſſ.

11 Et † eſt notandum,quòd Vidua honeſtæ uitę, faciens honorem marito ſuo defuncto,alimentari debet in bonis mariti,& de bonis uiri ſui mortui,niſi habuerit unde aliun dẽ uiuere poſſit:& an in domo uiri uel extra domum ſit alenda mulier habetur per Doctores in l.1.§.exactio C.de rei uxoriæ actione;& per Aretinum inſtitu.de actio. in §. fuerat,& per glo.Bar.& Imol.in l.diuortio; ff.ſolu.matri. & in l.ſi diuortio, ff.de uerborum obligatio.

12 Debentque † alimentari pupilli de bonis ſuis,& nõ tu torum ſuorum, ut inſtitu. de ſuſpectis tutoribus,§.ſi quis tutor,& l.ius alimentorum,ff.vbi pupillus educari debeat.

13 Et † tenetur Iudex decernere alimenta pupillo mode ratè,nè totum redditum ſui patrimonii in illis conſumetur,ſed quòd ſemper aliquid ſuperſit ex eis,& tutor recuperabit expenſas de ſuo factas pupillo etiam pauperi,ſi uenerit ſoluendo,ut tenet Bar.in dicta l.ius alimentorum,ff. vbi pupillus educari debeat.

14 Et † ſi pro alimẽtis quis promiſerit alicui decẽ annua ſtipulatio erit multiplex,quia facta eſt ſuper re de ſui natu ra tranſitoria ad hæredes,l.cũ hi,§ modus,ff.de trãſaction.

15 Et † hæres ad domum legatarii tenetur portare pecunias alimentorum, non autem frumentum, uinum, & ſimilia, l. 1. ff. de alimen. & cibariis legatis, & l. item illa, ff. de conſtitu. pecunia, & per Speculum in titulo qui filii ſint legitimi, in uerſiculo, & nota quòd alimenta &c.

16 Et † habent anxiè curare optimi claſsiū Duces, nè in ſua claſſe deficiant neceſſaria tam pro uictu, quàm pro bello; conſiderando itinera longa, & qualiter hoſtes ſemper peroptant ſibi nocere.

17 Et † Chares Aletta, Dux Lacedemoniorum cibariis bellando contra Thebanos tranſnauigantes cum nauibus ſuis, quaſdam ex liburnis ſuis exonerauit, poſitis in dromonibus cibariis, & inde exoneratas pondere liburnas, impulit in hoſtes, ut uelocius cum illis pugnaret, ipſas inſequendo cum reliquo ſuarum nauium; & arte tali commiſſo poſt prelio nauali, uictor fuit; & oppulentum uictum unà cū ingenti preda queſiuit.

18 Audaces, † & fideles eſſe debent nauigantes in claſſe animo inuicti, quoniam, præter hoſtes, mare eſt ſibi acerrimus hoſtis quando mouetur tempeſtate uentorum, & in eo ſunt beſtiæ multæ hoſtes humanæ naturæ.

19 Magnus † Alexander interrogauit decem ſapientes urbis Sabbæ, ſi terra, uel mare plures nutriret beſtias; probè reſponderunt terram: quia mare eſt pars terræ, & benè diſcunt adorare Deum illi, qui nauigant ęquor.

20 Intrando † claſſem, celebrata primitus miſſa Sancti Spiritus, hæc uotiua dicatur Oratio flexis genibus, pura mente, & firma fide. Iuſſiſti domine Ieſu Chriſte, Diſcipulos tuos aſcendere nauiculam, & præcedere te trans fretum: & tu Domine aſcendiſti nauiculam & transfretaſti mare, & perueniſti in ciuitatem tuam. Ita digneris hanc claſſem tuam ſaluam fore & tutam, ut nauem Diſcipulorū tuorum, & Petrum deambulantem in aqua ſeruaſti. Et placatus Dominus ſuccurret bonæ menti humilium præcantium, & firmiter credentium: quorum preces exaudit & non contemnit Deus, & fides ſeruat fideles rectè credentes,

tes,

tes,cuius meritũ eſt credere id,quod nõ uidetur;& ſeparat fides fideles ab infidelibus,Euangelio teſte ibi.Quia uidiſti Thoma credidiſti,Beati qui non uiderũt & crediderũt.
21 Nám † fides eſt omnibus,& hoſtibus quoque,ſeruanda;& proprium eſt ius rationalium omnium ſeruare fidẽ, & eſſe debet in hominibus tanta uirtus,fides , & conſtantia,potius uitam perdere,quàm fidem fallere,ſi ſibi ab hoſte ſeruata fuerit,capit.eſto ſubiectus,95.diſtinctio. & cap. peruenit, extra de iure iurando , & ut dictum eſt, fides eſt illa,quæ ſeparat fideles ab infidelib. & nulla eſt maior infamia,quàm fidẽ fallere. Fide obligatur Omnipotẽs Deus, qui diſcrimen non facit inter ſimplicẽ loquelã,& iuramẽtum,c.1.& per glo.ibi. extra de pactis, & quia de fide tractatum ſpecialem compilaui in libro antiquæ, illuſtratę, & inſtauratæ militiæ terreſtris,ulterius hic non me extendam &c.

Finis Libri Quarti.

LIBER QVINTVS DE RE NAVALI,

Animoſi, audaces & animoſi eſſe debent, & di ligentes nauigantes in mari, numero 3.

Cardinali Legato D. Papæ creditur uerbo aſſerenti ſe eſſe legatum. numero 37.
Captus pro repreſalijs relaxatus ſub fide, ut redeat cum pecunia pro ſe & ſocijs, an teneatur redire, numero 30.
Citari an debeant debitores, & eorum patria Rectores pro repreſalijs committendis, numero 26. 27. 31.
Ciuis effectus unius ciuitatis, an capi poſſit pro repreſalijs commiſſis contra dictam ciuitatem antequàm illius ciuis eſſet, numero 34.
Ciues noui habiti pro ciuibus an poſſint repreſaliari, nu. 34. 35.
Conſilia ſana ſunt acceptanda in omni negocio, numero 5. 6.

Duces Claſſis quid habeant facere, ut ſua Claſſis ſaluetur in bello nauali, & in mari, numero 2.

Empta in Nundinis an ſubiaceant gabellis ſi ex interuallo extrahantur, numero 19.

Forenſis factus alicuius Ciuitatis an capi poſſit pro repreſalijs dictæ ciuitatis, numero 35.
Fortuna iuuat audaces, numero 3.

Gabellas ſoluentes in loco obligato ſoluere gabellas, an ibi capi poſſint pro repreſalijs, numero 29. 30.

Habiti pro ciuibus an capi poſſint pro repreſalijs inductis cõtra Ciues numero 35.

Imbaſciatores & eorum familiâ an capi poſsint pro repreſalijs, numero 21.22.

Immunitas an concedatur nauicularijs, olearijs, balnearijs, & mercatoribus, numero 16.17.

Inertia eſt hoſtis bellicæ virtutis, numero 1.

Inertia nocet Claſsi, nume. eodem.

Intereſſe paſſum negligentia Officialis ob commiſſas repreſalias, an debeatur per Officialem, numero 31.

Legati ſeu Oratores uel Imbaſciatores qualiter probant ſe eſſe tales, numero 38.

Legati ſeu Imbaſciatores an conueniri poſsint pro debitis, & contractibus in locis ubi accedunt, numero 39.

Legati ſeu Imbaſciatores an repreſaliari poſsint cum eorum familia, bonis, & equis, numero 37.

Legati an conueniri poſsint coram ordinarijs, & extraordinarijs Iudicibus, numero 40.

Lucullus qua arte applicuit Cyprum, & Rhodium hiemali tempore hoſtibus inuitis inſidiantibus illi, numero 7.

Lucullus qualiter liberauit Collophonios à tyrannide capto Epygono tyranno, & populos Chyorum, & Cyndiorum fecit amicos Romano Imperio, num. eodem.

Lucullus qua arte ruperit Mithridatem Regem Ponti, & Bithiniana uali prelio, numero 7.8.10.11.12.13.

Lucullus cum Sylla iunctus, qualiter ſuperauit Mithylenos, numero 8.

Lucullus qua arte occidit Iſidorum Ducem claſsis Mithridatis, qui Lemnum petebat cum claſſe, numero 12.

Marius Sertorianus qui pro Duce claſsis miſſus fuerat per Sertoriũ Mithridato contra Syllam capitur à Lucullo, numero 12.13.

Miſericordia ceſſat in bello nauali, numero 2.

Mithridates qualiter ſe contulit ad mare Euſinũ, & Egæum, n. 8.10.

Mitridates qualiter fuerit ad mare Egæum Duce ſuo Ariſtomaco inſecutus à Lucullo, numero. 9.10.

Mithridates in ſcopulos fugatus à Lucullo qualiter euaſerit à periculo, numero 13.

Nautæ an excuſentur ab oneribus publicis, numero 16.
Nauis fragilitas habetur, numero 2.
Nauis an ſit adeò priuilegiata, quòd capi non poſſit pro debito gabellarum, mercium, in ea uectarum, neque pro repreſalijs, numero 33.
Neceſsitas qualiter eſt ſoluta à lege, numero 4.
Nicia Dux Athenienſium qualiter probè conſuluerit Demoſthenem Atticorum Ducem, ut bellum duceret tẽpore, & nè pugnaret naua li bello, numero 5.
Nundinæ eſſe debent liberæ pro acceſſu & receſſu, nnmero 19.
Nundinæ quæ nam ſint illæ, quæ ſunt priuilegiatæ, numero 19.20
Nundinantes an ſint tuti in nundinis pro maleficio, numero 21.
Nundinantes, & mercatores an retineri poſſint pro repreſalijs, & in loco ubi ſoluerunt gabellam, numero 20.
Nundinantes an pro gabellis, & debito non contracto in nundinis, rẽtineri poſſint in ipſis nundinis, numero 21.

Pietas & miſericordia ceſſat in re nauali, numero 2.
Pompei, & Catonis conſilium quale fuerit contra Cæſarem in re bellica, numero 6.
Pugnandum non eſt niſi pramente neceſsitate, numero 4.5.6.
Priuilegiati qualiter ſint inſtruentes & ædificantes naues, nume. 15.
Priuilegium nundinarum an perdatur per non vſum decennij, nu. 25
Priuilegium amplum ſi ſtricte fuerit uſum an perdatur, numero 26.
Prouiſio quæ nam ſit neceſſaria pro claſſe, numero 1.
Pugna maritima qualiter ſit regenda tempore, & cum prudentia, numero 4.
Pro repreſalijs an quis detineri, aut capi poſſit in domo propria, uel cõducta, numero 29.
Pro repreſalijs detentus, ſi relaxatus fuerit ſub fide de redeundo, uel portando pecunias pro ſe & conſocijs, an fidem ſeruare teneatur, numero 30.
Pro repreſalijs captus an habeat ius contra Iudicem negligẽtem, & illum qui illum fecit detinere, & bona ſua, numero 31.

Repreſaliæ quæ nam ſint, numero 22.
Repræſaliæ an ſint contra ius naturæ, numero eodem.

Repreſaliæ & preſaliæ an ſint permiſſæ, uel prohibitæ de iure, numero 22.23.
Repreſaliæ ſi conceduntur, an in requiſitione requirantur literæ citatoriæ, uel cum peremptorio citatio, numero 26.27.
Repreſaliæ an propria auctoritate fieri poſſint ſine Principis & Iudicis auctoritate, & quæ ſit pœna contraſacientis, & cui applicetur, numero 24.
Repreſaliari pro patria an poſſint Ciues non habitantes in patria, contra quam ſunt decreta repreſaliæ, numero 25.28.34.35.
Repreſaliæ an ualeant contra clericos, numero 34
Repreſaliæ & preſaliæ quid differant inter ſe, numero 28.
Repreſaliati an poſſint recuperare ſuum à debitore, cuius cauſa fuerunt damnificati, numero 28.31
Repreſaliæ an fieri poſſint de particularibus, & de eorum bonis pro debito uniuerſitatis, numero 25.
Repreſaliæ an ſint paſſim concedendæ pro paruo debito, numero 27.
Romani quare claſſes in uarijs Orbis partibus, locis, & regionibus tenebant, numero 14.
Si conceſſa ſunt repreſaliæ contra ciues Spoleti, an capi poſſint ſubditi Spoleti nati, & habitantes in caſtris Spoleti, numero 32.
Soluentes gabellas in loco ubi eſt obligatio ſoluendi gabellas, an ritè detineri poſſint ibi pro repreſalijs, numero 20.

ARGVMENTVM.

De Prouiſione Ducum Claſium neceſſaria.
De Nundinis. &
De Repreſaliis.

SAPIENTES claſſium Duces,ſuis prius benè munitis nauibus cum uiris expertis,& aliis neceſſariis de
1 bitis annonis,&†munitionibus pro uictu,ſalute,& pugna claſſica& claſſis defenſione,ut firmat tex. in l. 1. C. de claſicis libro quarto . & in l. 1. C. de nauiculariis & ſeu naucleriis publicis ſpect.deport. libro 11. unà cum maritimis itinerariis in carta arte pictis: ſæpe loca conſiderantes,in quibus nauigant cũ claſſe ſua probè
munita,etiam cum tabulatis duplicatis interciatis, triplicatis,& quadruplicatis in puncta.aut rotunditate, aſtu & arte factis,defenſoriis probè aptatis in medio tabulati lana uel penna plenis,pilo, aut bombice;cũ tormẽtis,armis, & clipeis ſuis bellicis factis cauſa naualis belli; tam pro offenſione hoſtium,quàm defenſione ſuorum in claſſe degentium:ut ſe,ſuam claſſem tueri ualeant ab hoſtilibus machinis,& ab illorum inſtrumentis bellicis;habendo in prõptu neceſſaria quæcunque prouidè pro pugna parata,omni à ſe ſemota inertia hoſtis accerrima bello,& inimica uirtuti,& ualde nociua claſſi; ut contingit Anono Duci claſſis Carthaginenſium,cuius claſſis periit ignauia ſua. Tenẽ
3 tur † quoque Excellentes nauium Reges optimè prouidere pro futuris periculis,quæ momentanea ſunt in mari ubi pietas & miſericordia ceſſat bellantium ; & ex ſe ſatis probat & docet ipſa fragilitas ligneæ nauis,ut in Odis cantat Poeta Venuſinus Horatius.

Illi

Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat
Qui fragilem truci Commiſit pelago ratem;
Qui uidit mare turgidum, & monſtra natantia.

3 Audaces, † expertos & diligentes, animoſos & feroces nauigantes eſſe debent in pelago, & in omni bello; quos ſæpe iuuat fortuna, & repellit inertes & timidos. iuxta illud Poetę, in decimo Aeneidos. *Audentes fortuna iuuat*, &c.

4 Cauendum † eſt à pugna maritima, quæ in longum duci debet quantum fieri poteſt, ni legitima cauſa urgeret, & cõmitti nõ debet niſi præmẽte neceſsitate ſoluta legibus. Nam temerè eſt & inane pugnare more beluarum non urgente neceſsitate, ſed illa præmente certandum eſt pro libertate, totis uiribus, ingenio, & arte, ut glorioſa Victoria ſequetur.

5 Nicia † Dux Carthaginenſium, in re doctus militari, probè conſuluit Demoſthenem alterum Ducem Atticæ Claſsis, nè temerè pugnaret contra Syracuſanos, & quòd bellum differeret expectando tempus, & pertractando pacem; & quòd omnes artes prius experiretur antequàm ueniret ad naualem expeditionẽ: quo ſano Nicię ſpreto per Demoſthenem conſilio, pugnauit Demoſthenes, & uictus permanſit à Syracuſanis, Duce Gilippo Thebano in omni experto bellorum genere.

6 Et † cum Pompeus, & Cato Vticenſis fuiſſent in ſententia bellum differre, & id regi tempore contra Cæſarem, & exercitum ſuum collocare propè claſſem amicam ad res futuras, diſſentientibus iuuenibus militibus Pompei auidis pugna ab opinione tantorum Imperatorum Pompei Magni, & Catonis Ducis pompeianæ claſsis: & commiſſo bello ſecuta fuit uictoria Cæſaris, ut aliàs latius dixi in lib. antiquæ, illuſtratæ, & inſtauratæ militiæ, in Tractatu De aciebus ordinandis in prelio.

7 Et † dum Lucullus tutò applicuiſſet Cyprum cum claſſe hiemali tempore, & audiuiſſet hoſtes ſibi inſidiari in locis quibuſdam occultis maritimis, iuſſit arte naues ſuas trahi in terrã, ſcribendo amicis, & ciuitatib. ibi uicinis, q dẽret

ipſi pro claſſe afferre uictũ & neceſſaria pro uallo, quoniã ibi caſtramentari per totam hiemem & ver futurum, & ultra intendebat;& res portarunt aptas ad uallũ,& ad hiemã dum, quò preſcito per hoſtes ſe amouerunt ab inſidiis ; & aliò nauigarunt;& inde Lucullus naues de nocte reduxit in aqua,& tutò nauigauit Cyprum ; & Rhodũ cum claſſe, quam mox iunxit cum Rhodiano nauigio;& contra Chios nauigauit & Cyndios,quos ad rebellionem induxit contra Ptolomeum Regem Aegypti : qui poſtmodum bellarunt contra Samios,iuncti cum claſſe Luculli,& capto Epygono tyranno Collophoniorum,à tyrannide liberauit Lucullus Collophonios, in omni doctus bello,& fortunatus.

8 Qui † Regem Ponti Mithridatem non quidem bello & fama obſcurum marte experto pluriès rupit in terra & in aqua apud Aletum Troyde locum, & poſt fuit aggreſſus Neoptolomeum Regem Aegypti,& apud Thenodum,quoniam ibi firmauerat ſtationem ſuæ claſsis,quam inuaſit cũ quinquereme Rhodiana,ducta ab Adamagore uiro experto Romanorum amico;qui celeri uelocitate impetum fecit in hoſtes cum roſtro ferrato ſui nauigii, contra quem iuſſu Regis Ptolomæi uenit Dux claſsis Aegyptiacæ ; & dubitans Demagores de roſtro ferratæ ponderoſæ nauis dicti Ducis, noluit cum prora petere nauem hoſtilem ; & propriã nauẽ uertit ut fugiẽte;ad effectum,ut illã percuteret in puppim cũ difficultate & conſilio tali ictus fuit lenis in illa parte nauis,quæ cooperta, & à mare reliquæ naues uenerunt ad bellum, & ſuos tunc animauit Lucullus ad pugnam alta uoce,ita quòd hoſtes uertit in fugam,& ſe poſtmodum iunxit cum Sylla,qui tranſiturus erat per Cheroneſium;& tutò cum tota claſſe & ſuis diſcurrendo perrupit nauali prelio Mitilenos,qui tunc erãt rebelles Romanis,& ipſos Mitilenos fugauit & obſedit in patria ſua ; & tunc Mithridates ſe contulit ad mare Euxinium.

9 Et † arte de die nauigabat Lucullus ad Helæam obſidẽdo Mitilenos,hoſtibus illum uidentibus, & de nocte redibat cum claſſe ad obſidionem Mitilenæ,& ibi cum ſilentio

cautè morabatur ita, quòd induxit Mitilenos exire ciuitatem credentes abiiſſe Romanos, & temerè & ſine ordine fuerunt progreſsi ad uallum Romanorum pro preda, quo uiſo per Lucullum ilicò exiuit cum ſuis de loco inſidiarũ, & fuit adortus Mitilenos, quorum quingentos occidit, ultra predam ſeruorum ſexmillibus captis ex hoſtibus.

10 Et † marte pulſo Mithridate Rege Ponti per Lucullũ, qui cum hoſtili capta preda tranſiuerat abſque metu ullo ante exercitum Mithridatis, ipſo Mithridate mœſto manẽte cum ſuis ſpectantibus predam iam factam per Romanos, procurauit repente Rex Mithridates maturare fugam per mare Egeum, Ariſtomaco Duce ſuæ claſsis, quem Lucullus per inſidias rupit nauigantem ad Regem experto claſſico bello, & illum captiuauit unà cum millibus decem barbareæ gentis, ductis in claſſe Mithridatica.

11 Et † dũ Rex Mithridates fugeret ad mare, miſſo p terrã exercitu, qui ſe obuiauit Lucullo, & Lucullus contra illum impetum fecit & deſtruxit apud Granicum fluuium, uiginti millibus cæſis, & reliquo captiuato pro parte maiori; & poſt cum uictoria iuit Lucullus ad Syſicum, & uiſitauit amicos.

12 Victo, † & pulſo pluriès Mithridate Rege Ponti, & Bithyniæ per Lucullum, congregata ingenti claſſe in Cylicio, & audito per ipſum Lucullum decem quinqueremes Mithridatis nauigare in Lemnum. ilicò in altũ mare proceſsit Lucullus cum claſſe, & cepit nauem prætoriã Mithridatis, occiſo Iſidore Duce claſsis hoſtilis, & in reliquas naues mithridaticas morãtes ĩ anchora propè littus, poſtmodũ inceſsit noluẽdo proras cũ uictoria, & barbari naues in terram traxere inteſtino pauore; uiſo Lucullo qui cõtra ipſos accedebat impetuosè, & facto cũ nauib. ipſis uallo, pugnabãt intra illas cõtra Romanos, qui loci natura, & ob loci difficultatẽ capiẽdi ualli cincti cũ cathenis, & tabulatis pro pugna probè firmati, patiebantur ualde Romani non ualentes circuire hoſtes ob nauium Luculli pondus & magnitudinem illarum, quo uiſo per Lucullum ilicò à parte

illa, quæ ſe aliquantulum extendebat in mare, poſuit expeditos milites in terra; & hi poſt terga fuerunt hoſtes adhorti, quos in fugam euerterunt, multorum ex illis ſecuta cæde, & cathenas poſtea inciderunt nauium hoſtium, quæ insimul concuſſæ fuerunt, & in roſtris ferratis nauigii Romanorum cadentes hoſtiles naues, ruptæ permanſerunt.

13 Et † tunc Marius ille, qui per Sertorium datus fuit Mithridati pro Duce claſsis captus extitit, præter alios captiuos, & uerſus fuit Mithridates in fugã cum ſua claſſe, quę incidit in ſcopulos propter tempeſtatem, ubi fracta permanſit; & Rex pro ultima ſalute confiſus in modica pyratica fide, non ualens aliter euadere; corpus ſuum poſuit in parua nauicula cuiuſdam pyratæ, & pręter omnem ſpem ductus fuit in urbem Heracleam.

14 Legitur † Romanos rerum dominos, pro quiete & ſalute populorũ ſuorum in uariis mũdi partibus, & Prouinciis maritimis tenuiſſe claſſem, Britannicam uidelicet, Seleucenam ſeu Seleuceriam, l. vnica, C. de claſsicis lib. undeci. & l. Seius Saturninus, ff. ad trebellianum ſenatus cõſul. & aſsiduò cuſtodiam tenebant littorum, ut in titulo de littorum cuſtodia, libro undecimo.

15 Equidẽ † ſunt priuilegiati illi, qui putauerint nauim extruendam, uel armandam; aut emẽdã pro tali publica utilitate, l. qui in nauem, ff. de priuilegiis creditorum.

16 Queritur † ſi excuſantur nautæ à muneribus publicis. Dico quòd non regulariter, niſi habuerint ſpeciale priuilegium à Principe, l. 1. C. de nauticis non excuſandis, & l. 1. C. de nauticis Tiberinis, lib. undeci. quantumque regulariter quinquennalis uacatio & immunitas concedatur nauiculariis, olcariis, balatariis, & mercatoribus; qui partẽ ſui patrimonii contulerunt, l. Nauicularii, ff. de muneribus & oneribus. &c.

17 Et † quia ad nundinas accedunt Mercatores, & nautæ generaliter; & homines populorum uariæ nationis, & Regionum Orbis cum mercibus ſuis, propterea quædam de nundinis in hoc Tractatu utilia & neceſſaria anotare

decreui ad communem utilitatem Populorum mercantiũ & nauigantium. Quædam autem ciuitates, & loca habent priuilegia à Principibus faciendi nundinas, ut ciuitas Rauennæ patria mea habet tale priuilegium antiquo tẽpore, quo ſi non uſa fuiſſet per decennium, an perdat illud per non uſum. Dic quòd ſic, l. vnica, C. de nundinis, & per Bartolum in l. fin. ff. de conſtituta pecunia.

18 Prædictis † accedit quòd ille qui habet amplum & largum priuilegium, ut ſunt nobiles de Capua in Regno Neapolis, & quidam Barones in dicto Regno ſuo Regi fideles; ſi eo uſi fuerint per decẽnium priuilegio ſtrictè, non potuerint poſtea illo uti largè, ſi caſus euenerit infra decenniũ, & fuerit tranſcurſum decennium illo non uſo habetur per Bar. in l. vſum aquæ, C. de aquæductu, & l. fin. ff. de ueteranis, & in l. 1. C. de his qui ſpontè munera ſubeunt, & per Cynum in l. voluntarie, C. de excuſatione tutorum.

19 Quero † ſi de rebus emptis in nundinis ſit ſoluẽda gabella, etiam ſi poſt ex interuallo extrahantur de ciuitate, Dic quòd non, quia nundinæ debent eſſe liberæ, tutæ & ſecuræ, tenet Bal. in l. vnica, C. de nundinis; ut latius dixi in Tractatu de gabellis & publicanis. Et tutæ eſſe debent nũdinæ pro acceſſu, & receſſu, & hoc locum habet in nundinis tantùm factis Principis auctoritate, & uirtute ſui priuilegii per ipſum Principem conceſſi ciuitatibus, & locis ſibi ſubiectis: & locum non habet in mercatis non factis auctoritate Principis. Nam mercati fieri poſſunt Populorum uoluntate, & ſine Principis auctoritate, l. vnica, C. de nundinis; & in authentico nè fiant pignorationes.

20 Et † ſoluentes gabellam in loco ubi fiũt mercati Principis auctoritate, & principali priuilegio facti & cõſtituti, ibi areſtari non poſſunt regulariter, nec repreſaliari, tenet Baldus in c. pri. in titulo quæ ſint Regalia, in uſibus feudorum; & per Odofr. in auth. habita, C. nè filius pro patre.

21 An † venientes ad nundinas areſtari, & repreſaliari poſſint ex cauſa debiti, uel ratione pedagii, uel territorii pro eorum perſona, uel mercibus, uel ipſis uenientibus ad nun-

nundinas imponi poſſintdatia & gabellæ. Dic quòd non, quia nundinãtes liberi eſſe debent in acceſſu, & receſſu, ut ſupra dixi;nec ab ipſis aliquid capi poteſt pro repreſaliis,l.vnica;& per Bar.& Bal.& ſcribentes ibi,ff.de nundinis.fallit tamen in delictis commiſsis, & in debitis factis in ipſis nundinis.fallit & in exulatis & bannitis, licèt illegitimè,& iniuſtè fuerint exulati & banniti.&c.

22 Et † quia ſuperius quædam dicta ſunt de repreſaliis, igitur Repreſaliarum materiam hic modo ſubnectam pro communi populorum utilitate. Repreſaliæ autem ſunt cõtra ius naturale,& paci contrariæ,ac initium guerræ,ut dicit Baldus in c. fina.de treuga & pace: & pulchra ad hoc collegit D.Mattheus de Afflicto, inſignis & laborioſus doctor Neapolitanus,pro quo tenẽtur Regniculæ Regni Siciliæ rogare Deum pro ſua ſalute;in conſtitutione violentias,in primo notabili,ubi plura allegat.

23 Repreſaliæ † ſunt in Regno Siciliæ prohibitæ ex regia prouiſione,incipiente,Pacis cultum,cum ſequenti Conſtitutione,Comes;& ex Regis Ferdinandi recolendæ memoriæ pragmatica, concordantibus cum iure communi, ut authen. nè fiant pignorationes,& in authen.omnino, C. nè uxor pro marito,habetur ꝑ Bal.in l.nullus,C.de iudæis & per tex.in c. vnico,de iniuriis in 6. & in l. Prouidendũ, C.de decurionibus lib. 10. & in l.1.C.ut nullus ex uicaneis, lib.undeci.& puniuntur contrafacientes ut in dictis regiis prouiſionibus,& ibi per Afflictum.Et ſic nullus pro debito alterius grauari debet, neque pro damnis illatis.

24 In † Regno Siciliæ punitur ille,qui propria auctoritate, & abſq; Principis licẽtia,repreſalias ſiue preſalias fecerit, in pęnã medietatis omniũ bonorũ ſuorũ etiã feudalium; & applicantur fiſco per ſententiam,ut in conſtitutione Comes præallegata,& in pragmatica Inclyti Regis Ferdinandi; & ius Authenticorum imponit pœnam quadrupli, ut in authen.nè fiant pignorationes propria auctoritate pro aliis perſonis.

25 Pro † debito uniuerſitatis etiam debito fiſco, non poſ-

poſsũt de iure fieri repreſaliæ, neque executio contra unũ de vniuerſitate, niſi pro parte ſua, & niſi eſſet in ſolidũ obligatus cum aliis, authen. omnino, C. ne uxor pro marito. dicebat D. Andreas de Iſernia in conſtit. Regni Siciliæ, incipiente, Pacis cultum, & in ſequenti conſtitutione, incipiẽte, Comes: & per Afflictum ibidem colum. 12. ibi, tertiò nota: ad hoc malè ſeruant Officiales & exactores functionum & pecuniarum fiſcalium, quia pro fiſci debito grauãt indebitè & iniuſte particulares de perſona, & in rebus, & capiunt beſtias particularium, & bona ſua pro tota uniuerſitatę debitrice, contra omnia iura ciuilia & canonica, dãnantes abuſione hac proprias animas, committentes in leges ut citius ſatis fiant. Idem tenet Baldus in c. pri. §. fin. in titulo de pace iuramen. firman. & Albericus de Roſate in l. Princeps, ff. de legibus. Nec ciues pro patria ſua aliò incolatum ducentes, relicto patriæ propriæ incolatu & habitatione repreſaliari de iure debent pro patria, ut inferius dicam nume. 28.

26 Quero † ſi petuntur à Principe, quòd fiant repreſaliæ & antequàm concedantur in caſu neceſſario in ſubſidium & ultimum refugium creditorum non ualentium ex cauſa conſequi ſuum creditum, debi torum potentia, aut alia de cauſa legitima; an debeant citari debitores, & an tres requirantur requiſitiones, uel una pro omnibus, cum peremptorio ſufficiat.

27 Et † an ſint pasſim concedendæ dictæ litteræ requiſitoriæ pro paruo debito. & dic quòd non, ſed ſi fuerit magnum debitum ſeruabit Princeps hanc formam, requirendo primò per ſuas litteras auctenticas illius ciuitatis, aut loci officiales, & magiſtratum patriæ, uel habitationis illorũm, qui ſunt debitores alicuius ſubditi illius Principis ab eo requiſiti pro remedio recuperationis ſui crediti, ut curarent ſatisfieri pro credito quod petitur, prout ius ſtatuit pro debito & damno paſſo ab illis, qui petunt repreſalias ſibi concedi contra ſubditos officialis, cui directæ ſunt dictæ litteræ requiſitoriæ, cum comminatione, quòd ſi non ſatiſ-

tisfecerint concedentur repreſaliæ contra homines, & res patriæ illorum, qui ſunt debitores, & poſſunt per Principem poſtmodum repreſaliæ ex iuſta cauſa, ut dicit beatus Auguſtinus in c. Dominus noſter, uiges. tert. queſtio. ſecunda, quod non corrigitur per textum capituli & ſi pignorationes, de iniuriis & damnis datis, libro ſexto, quoniam fuit ſibi denegata & retardata iuſtitia per magiſtratū dicti loci ſecundùm Baldum in c. pri. de milite uaſſallo qui contumax eſt, & in l. hoc iure, ff. de iuſtit. & iure, & per Bartolum in Tractatu ſuo Repreſaliarum, & per Angel. in conſil. 198. incipiente ex themate; & una ſufficit requiſitio per literas Principis facta ſine alio peremptorio ad conſtituendum officialem debitoris in mora pro denegata iuſtitia, uel retardata creditoribus, per glo. in capitulo ſi Epiſcopus, 18. diſtinctio. quia iſta requiſitio eſt actus extraiudicialis, in quo ſufficit una requiſitio ſine peremptorio, tenet D. Antonius de Butrio, & Reuerēdiſſ. D. Cardinalis Zabarella in c. cum cauſa, de officio delegati; & per Dominicū de Sancto Geminiano, & Archidiaconum, in c. ſi cōtrà, eodem titulo lib. ſexto, & glo. in clemen. pri. de hereticis. Cōſilium tamen eſt, quòd fiant tres requiſitiones, uel una cū peremptorio pro omnibus tribus, ſi tutò & commodè fieri poſſunt, antequàm concedantur repreſaliç; & de dictis requiſitionibus faciendum eſt publicum Inſtrumentum, l. Tres denunciationes, C. quomodo & quando Iudex, & per Bal. in l. 1. C. quando prouocare non eſt neceſſe, & per Bar. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto; & per Io. Andreç poſt Hoſtienſem in c. 1. de ſupplenda negligētia prelatorum; habetur per Bar. in Tractatu ſuo repreſaliarū, allegantem gloſam ſuper uerbo, pro una omnibus, de ſent. excommunica. lib. ſexto. & per Baldum in l. 2. C. quomodo & quando iudex; & ſolitum eſt apponi in litteris ſignificatoriis clauſula, aliàs iuſtitia mediante cōcedentur repreſaliç contra ueſtros ſubditos. & hoc eſt iuri & humanitati cōſonum, l. ſi apparitor, C. de cohartalibus lib. undeci. argumen. gloſæ capituli primi, de exceptionibus. Et ſi non eſt

 appo-

appoſitum peremptorium, neque ęquipolens talia uerba habent uim peremptorii,& æquipolentis,ut latè ſcribit D. Matthęus de Afflictis in conſtitutione Pacis cultum, in ter duodeci.& dec.ter.colum.& in conſtitutione Edictorũ in decimo notabili, & una requiſitio ſufficit pro omnibus tribus,ſi dictum eſſet in ea,unam ſufficere pro omnibus tri bus, ut notat Bartolus in dicto ſuo Tractatu repreſaliarũ, ſuper uerbo Vna pro omnibus,per dictam glo.de ſenten. excommunicatio.lib.ſexto.& quòd una ſola citatio ſeu re quiſitio ualebit, ut dicit Bal.poſt Cynum Piſtorienſem,D. Raynerium de Arſcēdis de Forliuio,& Bartolum de Saxo ferrato in l.ſi finita,§.Iulianus,ff.de damno infecto. Vbi po nit,quòd ſi in citatione ſeu requiſitione poneretur iſta clauſula, Aliàs termino elapſo procedetur contra ipſum ci tatum ad cognitionem, & pronunciationem Iuſtitiæ. ꝙ iſta uerba habent uim peremptorii,per legem ad perēptō rium,ff.de Iudiciis,quod ſecus foret ſi diceret,aliàs elapſo termino procederetur prout ius poſtulat., quia tunc non haberet uim peremptorii, quia ius præcipit iterum citari. Idem ſi diceret,requirimus hac requiſitione una pro omni bus,ſecundùm Bartolum ibi.& idem tenet Hoſtien.in ca pit.Conſuluit,de officio delegati; & Rota Romanę curię in deciſione 237. & D. Antonius de Butrio in c. cauſam, de reſcriptis,& Angel.in l.Ad peremptorium, ff. de iudi ciis.Prodeſt ſemper peremptorium appoſitum in una re- quiſitione,&ſeu citatione una faciendis, uel æquipolēs; aut aliud loco peremptorii,uel tertia citatio per interual- lum,aut una cum tribus terminis, uel una cum peremptorio,ſeu una pro tribus ſine peremptorio,& cum commina tione,quòd ſi non ſatisfaceret concedentur illi repreſaliæ iuſtitia mediante,ut in authentic.Omnino, C.nè uxor pro marito,& per Baldum ibi colum.nona,uerſic. ſequitur ui- dere de ordine, cum de re ardua & grauis pręiudicii tra- ctetur in conceſſione repreſaliarum huiuſmodi. Ideò requi ritur peremptorium in una citatione pro omnibus tribus, uel tres cum peremptorio in ultima tertia citatione,ſeu re

P quiſitione

quiſitione, ut dicit Angelus in dicta l. Ad peremptoriũ, ff. de iudiciis; & cum hac ſententia ego tranſeo, quia iuſtior eſt, tutior, æquior, & communior; quando commodè & tutò fieri poſſint ſine ſcandalo dictæ tres citationes, ſeu requiſitiones; aliàs una cum peremptorio, uel eius æquipolé ti ſufficiet pro omnibus tribus, & actus legitimus fiet.

28 Quero † quid differant preſaliæ, & repreſaliæ inter ſe, quæ ſinonima uidentur, ut adoptio, & arrogatio, & in ſe differunt. Dic quòd per preſalias conceſſas eſt data auctoritas tantùm capiendi res, & non perſonas. & ſi conceſſæ ſunt repreſaliæ intelligitur data auctoritas capiendi perſonas & res, & perſonæ quæ capiuntur debent poſtmodum repentè præſentari Iudici, ſecundùm Bartolum in l. Generali, C. de decurionibus lib. deci. & Baldum, & Albericum in authen. omnino, C. nè uxor pro marito, in tertia colum. & Lucam de Penna in l. 1. C. ut nullus ex uicaneis, & Ioannem Andreæ in regula non debet, lib. 6. & Alexandrum de Imola in conſil. 27. in 4. uolum. Vbi ponit ſi ille qui fuit captus, & executus recuperet ſuum damnum & intereſſo à debitore, pro cuius cauſa fuerunt expeditę preſalię & ſeu repreſaliæ; & per Innocentium in c. Dilectus. de appellationibus, & in c. 1. de reſtitutione ſpoliato. & Abbatem in c. quoniam, de officio ordinarii, ubi ponit ſi ſunt cõceſſæ repreſaliæ contra Florentinos an locum habebunt in Florentinos habitantes Senis; & habetur per Bar. in l. Prouinciales, ff. de uerbor. ſignificatio. & Albericum de Roſate in authen. Omnino, C. nè uxor pro marito, & per Afflictum in Regni Neapolis Cõſtitutione Pacis cultum incipiente.

29 Captus † ob repreſalias an detineri poſſit per capientem in domo propria capientis. Dic quòd non, quia debet ilicò præſentari iudici, ut ſuperius dixi in num. præcedenti 28. ſecundùm Bartolum in l. Generali, C. de decurionibus lib. deci. & in ſuo Tractatu repreſaliarum.

30 Quero † de capto pro repreſaliis ſi fuerit relaxatus ut uadat pro pecunia, & tallea pro ſe & ſuis ſociis detentis

ſub

ſub fide, an teneatur redire. Dic quòd ſic, tenent gloſa & Doctores, in l. nam & ſeruus, ff. de negociis geſtis &c.

31 Quero † contra Officialem, qui non fecit inſtantiam & diligentiam in cauſa repreſaliarum nè committerentur repreſalię, an agi poſſit ad intereſſe; & an captus ob repreſalias recuperet per ipſum ſolutum, & damnum & intereſſe ſuū ab eo, cuius cauſa cōmiſſę fuerunt repreſaliæ, & an propria auctoritate capere poſſint hac de cauſa homines loci, in quo ipſe captus eſt. habetur per Alex. in l. 2. §. Item ſi in facto, & Ioan. de Lignano in tractatu ſuo Repreſaliarū.

32 Quero † ſi conceſſæ ſunt repreſaliæ contra ciues Spoleti, an poterint pro dictis repreſaliis capi illi, qui nati ſunt & habitant in caſtris territorii Spoleti, ſeu in caſtris Spoleti. Dic quòd non, cum illi non ſint ciues Spoleti, & ex ciuitate orti non ſint, dictum eſt ſingulare Baldi in l. ſi in aliquam, ff. de Proconſul. & legatis. & de materia hac repreſaliarum habetur pręter Tractatum Bartoli repreſaliarum, in l. & omnino, C. ne uxor pro marito.

33 Quero † de naui an ſit adeò priuilegiata, quòd retineri non poſſit de iure pro repreſaliis, neque pro debito gabellarum, mercium uectarum in ipſa, tenet Bartolus, quòd ſic, in l. 1. C. de nauiculariis, lib. undec. Vbi dicit, quòd nauicularii ſeu nauclerii non teneantur ſoluere gabellas pro mercibus, nec retineri de iure poſſunt pro paſſagio, & gabellis mercium, l. vnica, C. de nundinis.

34 Et † an repreſaliæ conceſſæ, uel concedendæ contra clericos ualeāt. Dic quòd nō, c. 1. de iniuriis, libro ſexto.

35 Et † an forenſis effectus ciuis alicuius ciuitatis, capi poſſit de iure pro repreſaliis conceſsis antequàm eſſet ciuis contra ciuitatem, cuius poſt fuit effectus ciuis. Dic ꝙ non, ſecundùm Bartolum in l. penul. C. de fideicommiſſ.

36 Neque † poſſunt repreſaliari qui habentur pro ciuibus uirtute repreſaliarum inductarum contra ciues, ſecundum Baldum in l. ciues, C. de appella. & in l. quædam, C. de fideicommiſſis.

37 Neque † de iure poſſunt Oratores, ſeu Legati, aut Am-

baſciatores, neque eorum famuli, & res, bona, ueſtes, & equi detineri & capi pro repreſaliis, neque offendi de iure poſſunt in aliquo loco etiam hoſtium, l. 1. C. de legationibus, & per Bar. in l. 1. ff. ad legem Iuliam maieſtatis, & in l. conuentionum, ff. de pactis, & in l. ſi quis legauerit, & per Bar. ibi, ff. de legatis ſecundo, & in l. 2. ff. de iudiciis, & per Bal. in l. Adminiſtrãtes, §. eorũ, ff. de excuſationib. tutorũ.

37 Queritur † quis probetur eſſe Legatus ſeu Ambaſciator, cum non credatur ſibi dicenti ſe eſſe Legatum talis ciuitatis, uel Principis. Dic probari per litteras, ſine quibus non crederetur illi, niſi foret Cardinalis domini Papæ Legatus, cuius uerbo ſimplici credendum eſt, ut dicit Bartolus in l. Pallatinos, C. de collatio. fundorum, lib. undeci. & in l. 1. C. de ſuper indictis, & per Baldum in l. ſi qua, C. de Epiſcopis & clericis, & per tex. in cap. Nobilisſimus, 97. diſtinctio. & per glo. in c. ſicut, extra de ſententiis excommunicatorum; & per Innocentium in c. cum dilectus, il primo, de accuſationibus; quod procedit in legatis non electis data opera: quia electi data opera non gaudent priuilegiis legatorũ, l. vniuerſi, C. de legationibus, libro decimo.

39 Et † an conueniri posſint legitimè Legati in loco, ad quem uadunt, pro debitis ante contractis, uel pro poſſeſſione per anteà adepta. Dic quòd non, ſed benè poſſunt pro contractibus poſt factis in dicto loco, & pro poſſesſione poſt accepta, l. 2. §. 1. & per Bartolum ibi, C. de legatio. lib. deci. & per glo. & Doctores in l. Paulus, ff. de ſolutionibus, & per Baldum in l. 1. C. de nundinis.

40 Coguntur † . n. de iure Legati litigare, & conueniri corã Iudice ordinario, & ẽt arbitro in caſib. quibuſdam, l. non diſtinguemus, §. Item ſi quis, & per Bartolum ibi, ff. de arbitris; & in quantùm ſubeſt neceſsitas ex cauſa, l. ſi reſtituatur, §. ſed ſi dies, & per Bartolum ibi, ff. de iudiciis.

LIBER SEXTVS

DE RE NAVALI,

ACTIO in factũ datur hæredi damnificati, & non in hæredem deijcientis. numero 35.

Alexandri Magni uirtuti flexere caput Syrenæ, n. 30

Ancillæ ſi quid turpe uel immundum proiecerint de feneſtris in uia ſuper alicuius ueſte, qua teneantur pœna, numero 39.40.41.

Amilcaris ſecretum Ducis Pœnorum in bello nauali datum gubernatoribus nauium ſuarum, numero 11.

Antiqui coronabant uirtuoſos milites ſuos pro geſtis, egregijs factis in bello, numero 32.

Attilij militis Cæſaris præclare geſtum in re nauali, numero 6.

Cæſaris occultum ſecretum datum Gubernatori ſuæ claſsis, nume. 15.

Cæſar, & Cato qualiter punierunt inobedientes ſuos, numero 26.

Cinegarij græci militis præclare geſtum in re nauali, numero 7.

Concordiæ effectus bonus in bello, numero 28.

Diſcordia qualiter eſt hoſtis accerrima exercituum, & claſsium, numero 27.

Dominus ſi ſoluerit pro famulis effundentibus uel deijcientibus in caſibus non debitis, an repetere poſsit indebite ſolutum, numero. 42.

Dominus an teneatur pro damno dato per famulos ſuos, num. 43.44.

Expertorum militum prudentia Duci ſuo parentium pro uictoria, numero 1.

Filippi Regis Macedonum ſecretum, quo euaſit à periculis, et ab arctis

loris cum claſſe ſua, numero 12.13.
Filippus qualiter hoſtium animos reconciliauit, numero 14.
Filippus qua arte deceperit hoſtes, numero 14.

Granij Petronij Queſtoris Cæſaris dictum egregium cum animi forti tudine, numero 9.
Gylippus Lacedæmonius qualiter uicerit Atticos Duces uirtute ſua, nauali & terreſtri bello, numero 27.

Heraclianus Dux Pœnorum qualiter territus ab uno Comite marino fugit cum claſſe ſeptingentorum trium millium hominum ſuorum inobedientia, nume. 3.
Hi qui deiecerunt uel effuderunt in nauim, uel ex alto, & merces, aut ueſtes damnificarunt, & qua teneantur pœna, nume. 33.34.

In claſſe quæ nam ſint neceſſaria, numero 18.19.
Inobediẽtia, & reliquæ deſertiones militum ſunt puniẽdæ, nu. 24.25
Iuſtitia quibus de cauſis uiolatur, numero 26.
Lyſander Lacedæmonius qualiter deceperit hoſtilem claſſem, num. 17
Locrenſes cum millia quindecim expertorum, & obedientium Duci ſuo, millia centum & uiginti indoctorum & inobedientium ſuo Duci fugarunt, num. 2.

Marci Porcij Romani preclare geſtum in re nauali, numero 8.
Milites uirtuoſi eſſe debent, & cupidi honoris, numero 5.
Medici ſpirituales, & corporales eſſe debent ſcientes in claſſe, nume. 5.

Obedientia eſt habenda in exercitu, & claſſe, numero 4.
Obedientia eſt Regum Corona, numero 4.
Officiorum ordo ſeruandus eſt in claſſe, numero 23.

Pœna homicidij longobardo iure eſt pecuniaria, numero 47.
Pictor ſi tabulam pictam poſuerit ad ſolem, & ſuper ipſa quid fuerit infuſum, an teneatur domino tabulæ ad emendam, numero 37.38
Plauſtrum ſi ciciderit in terrã cum uino oneratum, an teneatur car rator ad damnum domino uini, numero 45.

Plures in cœnaculo habitantes, & quid deijcientes aut effudentes; ſi unus ſoluerit pro alto non ſibi reficietur ab illo, numero 36.40.
Pompei ſecretum in bello nauali in literis datum Gubernatori nauis pratoriæ, quale fuerit, numero 10.
Publij Claudij Conſulis conſilium, quo deceptis Pœnis ſeruauit Romanam claſſem, numero. 16.

Si quid ex alto fuerit deiectum, & hominem occiderit, an teneatur de homicidio, uel alia pœna, numero 46.
Scipionis uirtutem qualiter honorauerit Ennius Poeta, numero 31.

Tendentes ramponos, & alias res nociuas tranſeuntibus, qua pœna teneantur, numero 38.
Turma quæ nam ſit ponenda cum belligeris in claſſe, numero 29.

Virtus unita qualiter uincit diſcordes in claſſe, numero 29.

ARGVMENTVM.

De Obedientia habenda in Claſſe.
De Militaribus geſtis egregijs.
De Occultis Regum Conſilijs & Archanis.
De His qui deiecerunt uel effuderunt.

EST ordo ſeruandus in cunctis,& præ cipuè in re bellica,in qua legimus
1 paucos,ordinatos,expertos,& obedientes † Duci ſuo milites,indoctã multitudinem ſuperaſſe; ut de Themiſtocle Atheníenſium Duce legitur pugnante parua manu Græcorũ militum expertorũ contra Xerſem & eius indoctam multitudinẽ apud
2 Salaminam,ut aliàs ſupra dixi. Crotonienſes † autem millia centum & uiginti indocti fugati fuerunt à quindecim duntaxat millibus Locrenſium, Duci ſuo parentium.
3 Heraclius† enim cum immenſa claſſe incredibilis numeri Septingentum & trium millium hominum inobediẽtum Duci ſuo,ad Vrbem peregit cum agmine littora aggreſſus,& inde territus fuit occurſu unius Comitis marini,& uerſus in fugam,una arepta nauicula,ſolus Carthaginem rediit,ubi mox periit militari manu ſuorum militum inobedientium.
4 Curandum † eſt omni ſtudio habere milites obedientes, quia obedientia eſt uera Regum Corona præclariſſima;& Reges ſine obedientia dicuntur eſſe ſine corona, & nõ Reges,ſed ſunt priuati,& de priuatorum numero connumerari tunc meritò poſſunt.
Et † ſic eſt anxiè curandum habere in exercitu, & claſſe obedientiam ſuorum militum, ut Regia tueatur corona.

Nobileſque

Nobilesque & expertos milites honoris cupidos pro conſilio & bello, qui pollẽt uirtute, ingenio, & arte, unà cum utroque medico ſcientiſſimo, & aliis expertis uiris in exercitio & miniſterio nauali, c.fin. 29. diſtin. & c. contraria, de conſecratione, diſtinctione 5.

6 Gloria † equidem maxima fuit & immortalis Attilii militis Cæſaris, qui in bello nauali ſtrenuè pugnando iuſſu ſui Imperatoris apud Marſiliam dextera manu detinuit unam ex hoſtium nauibus, & uolens illam ingredi, fuit ſibi truncata dextera manus, & ilicò cum ſiniſtra & trunco retinuit nauim & ſcutũ, quo hoſtes pcutiebat in uultũ ferociſſimo aſpectu & uoce terribili. Ita ꝙ illos in terrã deiecit, & hoſtiũ nauẽ cepit, & merſit gloriosè; & Cæſar tunc uictor extitit nauali certamine, ſua & ſuorum uirtute militũ.

7 Glorioſus † fuit & Cynagarius miles Atticus, qui proſequendo hoſtiles naues fugientes, unã ex illis ponderoſam & onuſtam detinuit dextera ut ſui peruenirent ad hoſtes, & illam non dimiſit, niſi prius amiſſa manu, quæ ſibi ab hoſte truncata fuit, & nauim eandem detinuit ſiniſtra; & ſimili modo hoſtili ferro inciſa fuit, & tunc dentibus nauem apprehendit, & illam dimittere nunquam uoluit, niſi prius truncato ſibi capite: & ita gloriosè periit, ſecuta ſui capitis cæſione hoſtili ferro.

8 Et † cum M. Portius ſaltaſſet impetu maximo ſuper hoſtium claſſem Carthaginenſiũ, & tali geſtu terribili adeò formidati fuerunt inimici, quòd arma reliquerunt, & inſignia ſua Romanis militibus Portii, qui tunc naues multas

9 hoſtium ſociali habitu captas ſubmerſit. Captis † in Aphrica per Scipionem, Mettellum ſocerum Magni Põpei quibuſdam ex nauibus Cæſaris, in quarũ una fuerat Queſtor Granius Petronius, quem Scipio ſeruare mandauit, aliis iam cæſis; & Granius erga Scipionem inquit, Milites Cæſaris ſolitos eſſe aliis donare ſalutem, & ab aliis nõ accipere; & ſe conſtanter pugione transfixit. Et quales fuerint experti & fortes ac conſtantes Cæſaris milites ab eo inſtructi, & paribiles iis & aliis patet exemplis &c.

Q Magnus

10 Magnus † Pompeus litteras dedit ſub ſigillo Publió Chiloni liberto ſuo, ut illas præſentaret Gubernatori prætoriæ nauis, cum fuerit in Naupacto, & quòd illas Gubernator non aperiret, niſi dum foret in Cylicio, in quibus ordinabatur futurum iter, quod fecit, nè ſuum hoſtibus propalaret archanum.

11 Amilchar † Dux claſſis Pœnorum, uolens in Siciliam ducere claſſem, & ſuum altæ mentis ſecretum occultari; certas tabellas ſcripſit ſecretò, & ſigillatas dedit cuilibet ex ſuis gubernatoribus nauium, iubens illas non aperiri; neque legere debere, excepto ſi maris fortuna ſe abſentaſſent à prætoria naui, & inde ſeruarent id, quod eſſet ſcriptum in tabellis.

12 Et † cum tutò non ualeret Philippus Rex Macedonũ tranſire quædam maritima loca cum claſſe, quæ ualde arcta erant, & periculoſa, dicta cunæa, & benè per Atticos tẽta cũ cuſtodia naualis præſidii; ante ſcripſit Antipatri, ꝙ Thracia ſe rebellabat; & ꝙ præſidia per ipſum relicta fuerant impedita & capta; & ut hoc haberet effectum, curauit litteras ab hoſtibus capi; hoc credentes Attici præſtantes illis fidem, claſſem ſuam à locis, ubi erant, amouerunt, & arte tali claſſem ſuam liberauit Philippus à malis uadis.

13 Et † hoc etiam fecit Philippus, quia non ualebat oc-
cupare Cheronenſe, quia naues Byzantii, Rhodi, & Duli-
14 chii tenebant occupatum uadum. Et † hoſtium ani-
mos reconciliauit Philippus ſibi placide reſtitutis naui-
bus ſuis, quas captiuas tenebat, ut illi forent medium ad
componendum pacem inter ipſos & Byzantinos, qui cauſa
erant belli. Et dum tempus arte daretur circa pacem firmã
dam conditionibus, præparauit occultè nouam claſſem, &
tranſiuit mare cum illa; & arte tali occulto Regis archanò
per hoſtium loca maritima ſuos ab arctis liberauit, & à pe
riclis &c.

15 Iuſſit † Cæſar gubernatori ſuæ claſſis, ut iret Meſſinã cum claſſe, & ꝙ circa futurum iter faceret id, quod ſibi dictum fuerit à Granio Petronio Queſtore ſuæ prætorię

oſtenſo

oſtenſo ſibi diplomate manu Cæſaris; quod fecit ne hoſtes ſcirent ſecretum itineris ſuæ claſsis.

16 Et † non ualens Publius Claudius conſul in primo bello Punico à Reggio in Meſsinam traiicere claſſem, Pœnis tenentibus cum ſua ingenti claſſe occupatum mare Siculum, publicauit ſe non poſſe finire bellum iam incœptũ iuſſu Romani Senatus, & contra uoluntatem populi Romani, ſimulando ſe uelle retrò redire in Latium; & Pœni de hoc fidem habentes per ſuos exploratores ſe aliò contulerunt, relictis ſtationibus quæ nociuę erant Romanis; & Claudius poſtmodum Siciliam applicuit cum claſſe, deceptis Pœnis.

17 Et † dum Lyſander Lacedemonius foret cum claſſe pugnaturus contra Atticos nauali bello apud Egeopotamum, certo tempore, quo ſoliti erant inuadere hoſtes, & deinde ſe retrahebant retrò; ita ꝙ talis res fuit reducta in conſuetudinem, & dum Attici forent diſperſi in uariis locis cum nauibus ſuis, ut plures milites cumularent eò, tũc Lyſander iuxta eius morem impinxit ſuam claſſem in naues hoſtiles, & illam artè retraxit; ob quod maior hoſtium pars nauigii iuxta ſolitum exiuerat, & ipſe Lyſander reſiduum claſsis hoſtilis fuit aggreſſus, & omnes eorum naues uicit, cepit, & captiuauit.

18 Adſint † & in claſſe Aromatarii plures, & Chirurgii experti cum aromaticis aptis ad medendum infirmitates & uulnera.

19 Adſint † & Comites & ſub, & ſupra Comites, ita uulgo nuncupati, patroniq́ue, nauaræi, ſocii, clauigeri, uexilliferi cum clauis, & uexillis ſuis.

20 Adſint † & tubicines, cornicinesq́ue cum tubiis & cornicinibus ſuis pro pugna, ordine, & lætitia claſsis.

21 Adſint † & tormentarii, ſcorpionarii, remeantes, machinarii, architecti, fabri lignarii, & ferrarii, cum animoſis, expertisq́ue & fortisſimis militibus in re nauali, & aquatica, terreſtriue militia doctis: quoniam ſæpe contingit nè dum in mari, ſed etiam in terra dimicare, c. quiſquis, 87.

 diſtin.

diſtin.& l.vt omnes, §. 1.ff.mandati,& l.In his, C. de prædiis, & rebus nauiculariorum, libro decimo.

22 Adſint † auxiliarii,& ſcribæ, ſcribentes & tenentes rationes claſſis,rerumque & hominum in ea exiſtentium, & ſtipendiariorum computa,& rationes pecuniarum.

23 Seruato † ordine Ducibus,& magiſtris gubernatibus claſſem;præcipiendi gradatim à prora ad arborem,& ab arbore ad pupim cum obedientia non ficta.

24 Et † ſine uenia puniantur inobedientes, deſertoreſque,& fures ut hoſtes in re bellica,ſuperiorum arbitrio.

25 Et † fures balnearii damnantur in metallum,& honeſtiores relegentur; & ſi fuerint milites priuentur ignominioſè honore militiæ, l.fures,cum duabus legibus ſequentibus,ff.de furibus balneariis: & reliqui delinquentes ſecundum iura puniantur. De quorum pœnis dixi aliàs in libro antiquæ,illuſtratæ, & inſtauratæ militiæ terreſtris,in Tractatu De militari Iuſtitia,& in Tractatu De obedientia & pace ſeruanda exercitus,l.Militum,ff.de re militari, l.Milites,ff.de cuſtodia & exhibitione reorum,& in l.Qui excubias,ff.de re militari.

26 Poſtpoſitis † quinque illis, quibus uiolatur Iuſtitia, Reſpectu,ſuſpectu, auro, amore, & timore, Marci Catonis exemplo, qui in hoſtili littore,ubi multis diebus permanſerat,militem quendam inobedientem,accerrima & ſtentorea uoce & terribili geſtu primò uirgis cæſum, ſecuri percuſſit. Et Cæſar ſeditionarios ſuę claſsis & exercitus milites puniuit militari iure,l. Deſertorem,cum ſequenti lege,ff.de re militari,& l. 1. & 2. C.de ſeditioſis. Nam ſeditioſi ſunt puniendi ut proditores naturali morte,l.Proditores,C.de re militari,& l.penul.ff. ad legem Iuliam maieſta.claſsis,& exercitus inobediens,diſcorſque & impacata & impacatus de facili ſuperatur ab unita uirtute.

27 Diſcordia † eſt hoſtis accerrima claſsis,& exercituum, ut fames hoſtis intrinſecus bellantium & populorum, in quibus generat mala multa;& ruina eſt claſsiũ,exercituũ, & populorum,ut aliàs latè dixi in libro illuſtratæ & inſtau-

ratæ

ratæ militiæ terreſtris. Nam ruina fuit Atticæ claſsis Ducibus Eutidimio,& Menandro aduerſantibus ſententiæ prudentis Nyciæ Athenienſium Ducis probè conſulentis nō debere fieri belli naualis expeditionē in mari contra Gyllippū, niſi expectato Demoſthene cum ſua claſſe, nouiter miſſo ab Athenienſibus in eorum præſidium nauium ſexaginta trium, ſuper quibus erant millia quinque bellatorum militum expertorum, & tria millia ſagittariorum, & funditorum; cum triremibus probè armatis,& ornamentis uariis militarib. & annonis, ac rebus multis pro uictu. Menander autem, & Eudimius auidi gloriæ noluerunt expectare Demoſthenem nè foret particeps uictoriæ; & pugna commiſſa nauali contra Gylippum Lacedęmoniorū Ducem, in ſuffragium miſſum Syracuſarum obſeſſarum ab Atticis, uicti permanſerunt à uirtute Gylippi.

28 Concordia † eſt ſoror obedientiæ, quæ regia eſt, ut dixi, corona,& ſua uirtute ſuperat hoſtes, & coronatur uictoria & gloria magna, quod pro regula datur in militia.

29 Soliti † ſunt Principes naualis belli tempore noſtro, in qualibet trireme ultra remiges & neceſſariam turmam ponere milites arbitrio ſuo, quandoque quinquaginta,& quandoque plus & minus, ſecundum qualitatem nauigiorum.

30 Magnus † Alexander pertinaciter pugnando in terra & mari, uictorias multas habuit, ſuiſque uictricibus armis legitur Syrenas flexiſſe ceruicem: cuius uirtuti ceſſit Aegyptum, facto itinere per arrida & aduſta, aſſerens ſe ortum diuina ſtirpe Iouis Amonis,& ſe gentium domitorem, uno non contentum Orbe uocauit, ut cantat Aquinas Poeta, *Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.*

31 Et † de maximo Scipione Aphricæ domitore cantat Enius Poeta. Sibi cęli patere portam uirtute ſua incomparabili. Si phas cedendo cęleſtia ſcandere cuiquàm eſt, Mi ſoli cęli maxima porta patet.

32 Et † pro egregiis factis in bello utriuſque elemēti, milites ſuos uariis coronis pro gloria & honore maximo mi-

litiæ

litiæ coronabat Antiquitas, ut aliàs dixi in libro illuſtratæ
& inſtauratæ militię terreſtris belli.
33 Quero † de iis, qui deiecerunt uel effuderunt, quid ſi
in nauim, uel ſi per feneſtram in uia publica, & merces dã
nificauerunt, uel ueſtes per tranſeuntium in uia, an teneã
tur ad duplum extimationis, & ad intereſſe. Dic ꝙ ſic, ut
habetur in titulo de his, qui deiecerunt uel effuderunt. Nã
hoc edictum prętoriũ factũ fuit pro deiectis, & in nauim
fuſis de die, aut de nocte: & Prępoſitus nauis tenetur ſi ĩ na
uim fuſum uel deiectũ quid fuerit, & alios damnificauerit,
l. hoc edictũ, ff. de iis qui deiecerũt uel effuderunt, habetur
Inſtitu. de obligationibus, quæ ex delicto, §. Item exer-
citor.
34 Quid † ſi Diſcipulus, aut operarius aliquid deiecerit
uel effuderit, An magiſter, conductor, uel Dominus tenea
tur. Dic teneri, & ipſe poſtea aget actione in factum cõtra
operarium, uel diſcipulum, l. Si uero, §. Operarius, ff. de iis
qui deiecerunt uel effuderunt. l. ſi uero, §. cum autem, ff. ad
legem Rhodiam de iactu, & l. ſi mandato, ff. mandati.
35 Actio † hæc in factum datur hæredi damnificati, & nõ
in hæredem deiicientis, l. ſi autem, ff. de his qui deiecerũt
36 uel effuderunt. Quid † ſi plures ſocii in eodem cęna-
culo habitantes, & unus forte deiecit uel effudit, ſi unus
ſoluerit pro alio, an tenebitur ipſi ſocius utili actione pro
ſocio. Dic quòd ſic, ſecundum Loffredum de Beneuento
in tertia parte ſui operis, in titulo De utili actione pro ſo-
cio, & prædictis accedit titulus Inſtitu. de obligationi. quæ
37 ex delicto naſcuntur. Quero † de pictore, fulone, uel
artifice qui poſuit clipeum pictum, uel tabulam, aut pannũ
uel aliud quid appenſum ad ſolem, in loco ue, aut portico
publico, ſuper quo, uel ſub quo itur, & cecidit, & tranſeun-
tibus damnum dedit, An teneat pęna huius edicti, de his
qui deiecerunt uel effuderunt. Dic quòd ſic.
38 Et † è contra, ſi ſibi illatum fuerit damnum teneatur
inferens illud, utputa ſi quid foret deiectum uel infuſum,
ut aqua, fex, uel aliud turpe ſuper tabula picta, aut clypeo,
uel

uel panno, ueſte, aut alia ſimili materia, ita quòd deteriorata fuerit, An agere poſſit contra damnum dantem ad duplum pro damno dato. Dic quòd ſic, l. 1. ff. de iis, qui deiecerunt uel effuderunt, & habet locum in uia publica, ubi iri ſit ſolitum, & in loco quoque priuato, ubi eſt ſolitum publicè ire ibi. Quod facit contra illos, qui tendunt rāponos, & alias res; & merces, & pelles in uia ante apothecas ſuas, & lædunt tranſeuntes, offenduntq; & damnificant. Ad hęc faciunt ſcripta per Angelum Aretinum Inſtitu: de obligationibus, quę ex quaſi delicto naſcuntur, § 1. Vbi ponit caſum, an apothecarii, uel mulieres poſſint tenere aliquid aperiſum ante apothecas, & ad feneſtras ubi publicè itur.

39 Et † ponit caſum contra dominas, & ancillas quæ de die & de nocte proiiciunt aquas, & immunditias de feneſtris, in uias publicas ubi itur, & ſi alicui nocent, tenentur in duplum extimationis damni, & ad intereſſe.

40 Quid † ſi plures habitant in una domo, & neſcitur quis proiecerit uel infuderit. Dic omnes teneri in ſolidū, ſed unius ſolutione liberantur, ut in dicta l. 1. ff. de iis qui deiecerunt uel effuderūt, & l. ſi putator, ff. ad legē Aquiliā.

41 Et † tenetur Dominus uel Domina pro famulo, & ancilla ob immundum alicui nociuum proiectum, uel infusū in loco, ubi eſt ſolitum, iri ut ſupra dictum eſt, aliàs non teneretur.

42 Et † ſi quid per Dominum, aut Dominam ſolutū fuerit pro famulo, uel ancilla in caſibus, in quibus non tenetur, repetit ab eo, habetur per Speculatorem, & Baldum ibi in additio. in titu. de iniuriis & damno dato &c.

43 Et † tenetur Dominus pro damno dato à famulo ſuo nō tamē pro delicto tenetur, niſi in quantū ad eum peruenerit imediatè, & non aliter, uel niſi Dominus ſciuerit & non prohibuerit; uel de eius mandato commiſerit, l. Apud antiquos, C. de furtis, & l. ſi ſeruus, §. ſerui autem, ff. ad legem Aquiliam, & per Innocentium in c. cum ad ſedem, extra de reſtitutione ſpoliatorum.

44 Et † ſi ſtatutum diceret dominum teneri pro omni de

licto

lio ſerui, etiam ſi ſeruus commiſiſſet delictum antequàm maneret cũ domino, teneretur propterea dominus. Quod ſecus foret ſi ſtatutum diceret dominum teneri pro delicto ſerui, quia teneretur pro delicto tantùm commiſſo tẽpore, quo fuit famulus, ſecundum Bartolũ in l. Titius, ff. de teſtamen. militari.

45 Quid † ſi Ruſticus tempore uindemiarum portãs unũ plauſtrum uini cum bobus, & boues ceciderint cum plauſtro, & uinum effuderit, an teneatur ad emendationẽ damni domino uini. Dic quòd ſic, ſecundum Baldum in l. fin. C. de nautico fœnore, & ĩ l. 1. C. quæ ſit lõga cõſuetudo &c.

46 Quid † ſi aliquid fuerit proiectum ex alto ſine dolo, & hominem liberum occiderit, an teneatur ille, qui proiecit ad extimationem, cum homo liber eſtimari nõ poſſit? uel de occiſo? Dic ciuiliter teneri in quinquaginta aureis ille, qui damnum dedit, & ad operas quibus caruit & cariturus eſt, l. 1. & fin. ff. de his, qui deiecerunt uel effuderunt. Et criminaliter etiam agi poteſt de iure Romano, l. lex; & l. fin. ff. de iniuriis, & l. ſi putator, ff. ad legem Aquiliam.

47 Quod † eſt contra ius Longobardum, l. ſi duo, aut tres, & l. ſi quis magiſtrum in longobarda, De homicidio liberi hominis, libro primo. Vbi punitur in ære, & non in corpus homicidium quantumq; doloſum; habetur per Firmanũ in ſeptima parte ſui tractatus gabellarum, columna ſexta; & Inſtitutã de obligationib. quæ ex delicto naſcuntur, §. 1. 2. & finali.

Finis libri quinti.

LIBER SEPTIMVS DE RE NAVALI.

ACTIO de incendio, ruina, naufragio an detur in heredes, numero 47.
Accipientes res ex naufragio an teneantur de furto, aut ui bonorum raptorum, uel actione de incendio, ruina, naufragio, numero 49.
Alcibiades Dux Carthaginenſium qua arte decepit hoſtes in mari, numero 6.
Anicarſes fuit inuentor arpagonum pro bello nauali, numero 31.
Artemon quid ſit, numero 26.

Balduinus Flādrenſis Imperator Conſtantinopolis coronatur à Papa, numero 27.
Bidentes, & bipennes proſunt in Claſſe, num. 31.

Calimacus grecus docuit Romanos qualiter fieret ignis incendiarius numero 15.16.17.
Caſſius qua arte combuxit hoſtium claſſem, numero 12.
Calibs eſt habendus cum ſilicibus in claſſe, ut ignis habeatur, nu. 28.
Clauatæ Tabulæ proſunt in claſſe pro bello, numero 31.
Claſſis qualiter eſſe debeat munita, numero 1.13.14.
Conductor domus an poſsit paciſci, quòd in ſe recipiat caſum ignis, numero 53.
Conon nauibus Perſicis captis nauigauit Pamphiliam, & illam occupauit, numero 4.
Cretenſes fuerunt inuentores ſagittarum, numero 26.
Culpa inhabitantium præſumitur ortum incendium, niſi probetur cōtrarium, numero 56. & 43.
Cuſtodes annonarum & munitionum ſunt fidi habendi in claſſe, numero

mero 35.

Culpa leuis, lata, leuiſſima, aut latiſſima quid operetur in incendio, numero 36.

Dedalus ſuit inuentor roſtri nauis, numero 29.

Dominus an teneatur pro famulo, qui incendium fecit, numero 58.

Domus uicini, an per uicinum deſtrui poſſit incenſa, nè ignis ulterius procedat ad domum ſuam, numero 46.

Duyllius ſuit inuentor manus ferri ad capiendũ nauiũ arbores, n. 31

Edictum de incendio, ruina, naufragio quãdo locum habet, & quando non, numero 45.

Eolus ſuit inuentor remorum plombatorum, numero 29.

Eupalamius græcus ſuit inuentor bipennis, nume. 31.

Facientes lumen de nocte, ut fallerent nauigantes, qua pœna teneãtur numero 40.

Fictilia pro igne incendiario qualiter ſint utenda, numero 16.17.18.

Funiculi qualiter boni fiant pro igne incendiario, numero 24.

Hyppocrates qua artę deceperit hoſtes nauali bello, indutus unà cum ſuis ueſtibus hoſtilibus, numero 1.2.

Ignis incendiarius qualiter fiat & operetur, numero 14.15.

Icharus ſuit inuentor arboris & temonis nauium. numero 29.

Incendiarius quando ſit puniendus, & quando non, num. 37.38.39.

Incendium dolo factum eſt punibile, numero 38.39.42.

Incendium qualiter probetur, numero 42.

Incendium ortũ præſumitur regulariter culpa inhabitantium, n. 43

Incenſa domus uicini, an domus alterius uicini deſtrui poſſit, nè ignis ulterius procedat, numero 46.

In crimine incendij quæ attendantur, numero 41.

Incendiorum cauſæ an ſint criminales, uel ciuiles, numero 36.

Incendium de nocte, & caſuale factum in ſtipulis, uel palearibus, & ignoretur incendiarius, an Commune, uel Villa teneatur ad emendam, numero 38.52.54.

Incen-

Incendium ortum in domo locata duobus, & neſciatur quis prædictorum fuerit incendiarius, numero 56.
In depoſitarium rerum ab incendio, ruina, naufragio, & ab aqua, uel alio timore ſeruatarum & occultarum datur actio furti, nu.44.
Inſtrumenta quæ nam ſint claſſi proficua, numero 31.32.33.
Incendiarij ſunt ualde exoſi legibus, & excõmunicati ipſo iure, nu.48

Lacedæmones qua arte deceperunt Pœnos in bello nauali, numero 5.
Leo Imperator qualiter hoſtium claſſem deceperit, & conſumpſerit incendiario igne, numero 16

Marcus Portius Cato qualiter Pœnos deceperit nauali bello, nume.1.
Memnon Rhodianus qua arte deceperit hoſtilem claſſem, numero 7.
Mixtura ignis incendiarij qualiter fiat, numero 19.20.21.22.

Officialis uidens incendium ortum, an poſſit rite deſtruere aliquas domos nè ulterius procederet ignis, quis teneatur ad emendã deſtructæ domus, numero 55.

Pœna incendiarijs quæ nam ſit, numero 36.37.38.39.42.
Pœna edicti Prætoris de incendio &c. ultra criminalitatem, num.51.
Pœna uaria punitur incendiarius, numero 42.
Pericles fuit inuentor plurium adminiculorum nauis, numero 30.
Pericles qua arte ceperit urbem propè mare, numero 11.
Philippus Rex Macedonum qua arte occupauit ciuitatem mari iacentem, numero 3.10.
Pilæ ignis incendiarij, & tubæ qualiter fiant, numero 18.19.20.
Piſenus Tyrhenus fuit inuentor anchoræ, numero 29.
Plateus fuit primus inuentor uelli nauis, numero 29.
Pro naui expugnata uel coliſa, an locum habeat edictum prætorium, numero 50.
Prouiſio quæ nam ſit primò habenda in claſſe antequàm pugnetur in mari, numero 1.
Puluis ignis Tartarei qualiter optimè fiat & exerceatur, nume.26.

Rotellæ & ſcuta ignita qualiter fiant, & exerceantur, numero 23.24

Silex qualiter eſt habenda bona pro excudendo ignem,nu.24.
Superbia Græcorum & inſolentia nimis, græciam perdidit.nu. 27.

Tabias Dux Carthaginenſium, qua arte nauali bello ceperit portum Samiorum, num.8.
Temones plures, & alia inſtrumenta pro nauigio & bello habenda ſunt in claſſe,nu.29.
Thimoteus Dux Atticorum qua arte cum claſſe ſuperauerit hoſtes, numero 9.
Thomas Mocenicus Patriarca Byzantij primus fuit, qui Eccleſiam Conſtantinopolitanam cum Patriarcatu ſuo ſuppoſuit Eccleſiæ Romanæ ſemper Catholicæ & Apoſtolicæ,nu.27
Tubæ ignis incendiarij qualiter fiant & exerceantur, num.19.20. 21.22.23.

Veneti & Galli olim ceperunt Byzantium experto marte, & illud Balduino Flandrenſi Imperatori Argolico reſtituerunt. num.27.
Vicino uidenti incendium domus vicini, an ſit licitum & poſſit impunè deſtruere domum ſui vicini nè ignis veniat ad domum ſuam. num.46.47.

ARGVMENTVM.

Quibus cauſis Victoria paretur nauali bello.
De rebus in claſſe neceſſarijs.
De igne incendiario, & de eius effectu, & qualiter fiat, & exerceatur.
De Materia incendij, ruinæ, & naufragij; & pœnis eorum.

SAPIENTES claſſium Reges, eorum probè munita claſſe uariis armis, machinis, & tormentis, inſtrumentisq́; bellicis, & expertis † uiris tam pro bello, quàm exercitio naua-
1 li, omnibus artè ordinatis pro claſſe neceſſariis; non dubitabunt data occaſione, & cauſa premente neceſſaria, hoſtiles Infidelium naues inuadere, omni poſtpoſita mora; impellendo fidam in infidam claſſem maximo uirium impetu, ductam à uento ſecundo, M. Portii Catonis exemplo, qui cum forti impetu tranſiliuiſſet in hoſtilem claſſem, turbatis & captis ex ea Pœnis, eorumq́ue armis & inſignibus, inter ſuos poſtea diſtributis hoſtium naues, quas ſociali habitu fefellerat, merſit. Et ſimili arte Hyppocrates Dux Athenienſium hoſtili habitu ſuam inſtruxit claſſem, & hoſtes decepit & ſuperauit, eorumq́ue oppido capto ingenio tali.

2 Quod † facile poſſet ſuccedere quando hoſtes habent ſuam claſſem diuiſſam in uariis locis, quòd fortè nõ ita de facili procederet ſi in uno tantùm loco fuiſſet congregata hoſtium claſsis in unum abſque alia ſpe ſuffragii, & quando ſpectant auxilium ab amicis tunc facilius decipi poſ-

ſunt

ſunt arte præmiſſa.

3 Et † Philippus ſuis pugnantibus ciuitatem mari iacẽtem ſuccurrit cum nauibus turritis, quibus occupauit mœnia ciuitatis ſuperantibus illa in belli feruore.

4 Et † prudentiſsimus Conon Dux atticorũ, uicta apud Cyprum Perſarum claſſe, ſuis indutis hoſtium armis cum nauibus iiſdem Perſicis nauigauit ad hoſtes in Pamphiliã & Perſæ, incauti eodem die nauali & terreſtri bello cum arte tali uicti permanſerunt.

5 Lacedæmonienſes † decreuerunt olim nauigare Syracuſas Pœnorum claſſem, iuſſerunt naues decem punicas, quas captiuas tenebant, ut uictrices precederent, & ut Pœni illas uidentes fore uictrices, non ſe prepararent ad bellum, & ad latus illarum naues ſuas ligauit probè inſtructas ad bellum. Vnde Carthaginenſes pro tali apparatu remanſerunt decepti; & Lacedemoni cum ſuis nauibus tutò pertranſierunt, & Syracuſas applicuerunt, deceptis Pœnis &c.

6 Alcibiades † Dux Athenienſium arte decepit hoſtes, poſitis arboribus, & uelis ſuper Promontorio in mari iacẽte poſt eius claſſem, ſuis dato ordine, ut cum primùm uiderent claſſem præparari ad expeditionem naualem contra hoſtes uela leuarent ſuper arboribus poſitis in maritimo Promontorio, ut hoſtibus uideretur alia Claſsis quæ ueniebat in preſidium Alcibiadis, & ita factum fuit, & hoſtes præ timore retrò rediere in fuga, quos fuit inſecutus Alcibiades, & multas ex hoſtibus naues captiuas fecit.

7 Et † uolens Memnon Rhodianus cum ſuis ducentis nauibus ducere in mediũ ſuarum nauium paruam hoſtiũ claſſem; ita ad bellum naues ſuas ordine inſtruxit, quòd pauci arbores uiderentur ex illis in altum eleuati, & quòd paucæ ex nauibus ſuis arboratæ anteirent: quo uiſo per hoſtes ſibi tam parua claſsis & ualde minor ſua, ſe illi oppoſuerunt, ut expeditio fieret maritima, & poſt fuerunt per Memnonẽ deducti in medio ſuæ magnæ claſsis, & ſuperati fuerunt à uirtute Memnonis.

8 Et † ualens Tabyas Atticus intrare portum Samium

cum

cum claſſe ob nauale præſidium hoſtium, certas ex ſuis nauibus ante portam Samii tranſcurrere fecit cũ ficto timore, putans illos, qui in cuſtodia portus manebant cum nauibus deberent ipſas inſequi, & ita euenit; & Tabyas ilicò cum reliquo ſuæ claſſis intrauit portum Samium, hoſtibus fuſis.

9 Et † Timotheus Dux Atticorum contra Lacedęmonios nauali bello pugnaturus, uiſo quòd hoſtica claſſis inſtructa ęrat ad bellum, & ante uenerat naues uiginti de leuioribus & uelocioribus ſuis, diſcurrere fecit modo hùc modo illùc deridendo hoſtes; & inde per ipſum uiſo quòd hoſtium naues erant ponderoſæ, ſe illis oppoſuit cum reliquo claſſis, & illas ignaues & põderoſas arte tali ſuperauit.

10 Rex † Philippus factis pontibus ſuper duabus nauibus, ciuitatem probè mare iacentem obſidendo ab uno latere, emiſſo clamore ubi hoſtes cateruatim iuerunt, non relicta cuſtodia ad partem maris, & inde Philippus appropinquato ponte ciuitati ab illla parte maris illam occupauit captiuato populo.

11 Et † Pericles Dux Athenienſium obſidendo ciuitatẽ apud mare ſitam, à parte maris emiſſo clamore de nocte illi nunciata pugna ab illa parte maris; & hoc uiſo per cuſtodes portarũm, illis relictis, iuerunt ad tuendum partem illam ciuitatis mari iacentem; & inde Pericles per portas intrauit nudatas p̃ſidio, & urbẽ cępit, & populũ captiuauit.

12 Caſſius † dũ haberet certas ueteres naues onerarias, illas uiſo uento incendit, & ilicò ipſas ĩpulit in hoſtiũ claſſem, quę fuit ab illarum incendio conſumpta.

13 Et † ut facilius hoſtes opprimi poſſint, tenentur prudentes claſſiũ Reges habere claſſes ſuas benè munitas armis & inſtrumentis, ac munitionibus uariis & neceſſariis pro uictu, bello, & ſalute, ut ſuperius dixi in libro Tertio.

14 Cum † picis copia, ſulphuris, & bituminis, ceræ, ſepi, pinguedinis, & raſinæ omnibus inuolutis, ardentisſimis ſagittis cum pirouolis in capite tenentibus acutum ferrum oleo ignitum incendiario, ad ſimilitudinem uomeris fa-

ctum

ctum,uel hami, quo piſces capiuntur, ut facile non poſsit euelli,ſi affixum in ligno fuerit,iacto igne incēdiario,vulgò dicto artificiali,quia arte fit,& aptatur in tubis,& baliſtis,arcis,uel alia ſimili materia misſili,& apta ad conſumēdum hoſtes,eorumque machinas, & nauigia.

15 Legitur † Græcorum inuenta caliditate bulitionem quandam pro nauali bello ſaliginei carbonis,ſalis,ardentis aquæ uitis,ſulphuris,picis,thurisque,lana,filo, bombice,ſtuppa, & canipa, molisq; ethiopum ardentem ī aqua materiam omnem; quod genus ignis incendiarii docuit Romanos Calymacus Grecus architectus.

16 Quo † quidē igne Imperator Leo mille & octingentas naues Orientales,quæ ad obſidionem Byzantii ductę fuerant,cōſumpſit:& alia uice quadringentas dromones: aliaque uice centum & quadraginta hoſtium naues Oriētales combuxit ignifera tartarea flamma. Huic addita uernice liquida,& librario oleo petrolio cum terræbentina,& forti aceto compresſis,& ad ſolem deſiccatis,ſtuppa poſtea inuolutis,acutis ferris funiculo contextis, & probè aptatis collofonia,& ſulfure cum tedis inherentem ignem huiuſmodi proiectum in hoſtium naues,quę breui temporis ſpacio conſumentur.

17 Fictilia † quoque uaſa quàmplurima in furno cocta plena per tres partes puluere tartareo inſtrumentorum bellicorum parte una ſalnitri,& parte media terræbentinę,& totidem picis,ſulfurisque parte una,cum media parte ſalis communis non piſti,& igne accenſa proiiciendo in hoſtes ita,quòd ipſi & eorum naues uitare non potuerint incendium.

18 Poterit † & pillę fieri incendiarii ignis trahendę in hoſtes,& in eorum naues ualidis manibus, aut bellicis inſtrumentis,capiēdo quinque partes puluerис tartarei craſſioris inſtrumenti bellici,& tres partes ſalnitri reffinati,& duas ſulfuris,unam raſę pinęę,& mediam canforę,& totidem terræbentinę, mediamque partem uitri non nimis piſti,& mediam partem ſalis communis, & totidem olei

ſaxi,

ſaxi,& mediam partem aquę uitis,miſcẽdo inſimul omnia;
inde capiatur pecia una telæ lini tanta, ut pila fiat in mo-
dum crumenæ inſuta, & impleatur ex dicta materia facien
do unum,duo,uel plura foramina ſtilo ferreo rotundo,mi
nus craſſitudinis,quàm ſit auricularius digitus, ponendo
fuſtum ligneum ad dicta foramina.

19 Et † talis mixtura
ignita etiam fieri poteſt ad ignem,uidelicèt in aliquo uaſe
rami,implendo pilam ſeu crumenã puluere tartarei ignis,
uoluendo pluries,& miſcendo cum dicta materia, ligando
illam cum ſtuppa,& ſeu canipa, & implaſtrando pice,& in-
uoluendo cum dicta canipa, faciendo plures & plures co-
pertas dictæ pilę: quæ poſtquàm ſicca aliquãtulum fuerit
facta, cauentur fruſti lignei ex foraminibus implẽdo dicta
formina ſubtili puluere fino bellicorum inſtrumentorum,
dando ignem pilæ in trahendo illam in hoſtes,& operabi
tur ualdè. Et ignis huiuſmodi etiam effectum,& uirtutem
ſuam faciet in aqua comburendo,ut ſi foret in oleo; nec il
li arma nec aqua reſiſtere poterint,niſi quòd in multo cœ-
no peribit & extinguetur.

20 Et † tubæ ignis ardentis fieri quoque poſsũt pro omni
bello terreſtri,& aquatico,addendo mixturæ prędictæ me-
diam partem uitri,& totidem ſalis communis;& tubæ præ
dictæ proſunt ualde ad defenſam locorum obſeſſorum in
eorum expugnatione faciendo tubas huiuſmodi cum filo
rami maleati,& tubæ fiant craſſæ ut brachium,& in longi-
tudine ultra medium brachii & minus arbitrio experti ma
giſtri, inclauando dictas tubas in capite lancearum, ita,ꝙ
firmæ maneant cum ligno perforato, in quo inclauentur
haſtę lancearũ cum creta cimmata & ſeu ĩuoluta cum cim
ma panni tonſi optimè aptata, ponendo cretam in fundo
tubarum nè ignis noceat exercentibus illas,facta primitus
ipſarum pluries experientia,impletis tubis materia ignita
prædicta, & non multæ ſtrictæ fiant,ut citius & melius ope
rentur, & non ſit cocta mixtura prædicta,quia in hoc ſuffi-
cit dicta compoſitio non cocta & inſimul mixta; & cocta
plus operaretur ſi in tubis poneretur materia cocta incen-

dii: & hoc caſu tubæ ſufficerent ſine ramo, & poſſunt fieri ex tela, & carta more calligarum, implendo illas, ut fit de pilis; & per tres digitos mixturæ prædictæ ponenda eſt in pila una teleȩ plena puluere craſſi ſulfuris, faciendo ſolarium ſeu cruſtam dicti pulueris finis in medio pilarum, in quibus (ut dixi) ſint duo, uel tria foramina cum mixtura incendiaria probe inuoluta cum canipa circumcirca pilã, & tubam, quæ ualde operantur in re bellica.

21 Ignis † incendiarius mixturæ coctæ fit cum carbonibus ſalicis, ſalnitro, aqua uitis, ſulfure, pice, raſa pinea, cãfora, oleo ſaxi, uernice liquida, terræbentina; ponendo tãtum de una re, quantùm de alia, omnibus inſimul mixtis: capta una crumena telæ, & illa impleta puluere craſſorum inſtrumentorum bellicorum; & circumcirca crumenam inuoluẽda eſt mixtura prædicta cum ſtuppa, & craſſam fieri arbitrio facientis, facto foramine uno intrante in crumena, & ſeu pila prædicta, implendo foramen cum puluere fino, ut citius operetur ignis.

22 Et † tubæ prędictæ rami maleati in rotellis proderint ualde de nocte in terra contra hoſtes obſidẽtes, in pugnaque, & irruptionibus diurnis, & nocturnis; operando quòd durent tubæ pluſquam poſſint.

23 Adſintq́, † tubæ ramatæ, ut ſupra plenæ mixtura prædicta craſſitudinis unius digiti; quibus ignis in ſummitate detũr tubarum. Et aliquæ etiam tubæ rami ſint à pede tubarum, quæ porrigent ignem tubis exiſtentibus circa finem, capiendo ignem à pede, & dando illum aliis tubis exiſtentibus in ſummitate; & dictę rotellę ſint coopertæ rami, & ſuper ipſis adſit tela nigra, nè uideatur quando ignis detur, qui arte uaria dari poteſt funiculo, & lapide arte aptatis.

24 Funiculus † enim bonus fit pro exercitio pręmiſſo ignis ardẽtis, & ad retinẽdũ in ſe ignẽ intrinſecus, bulieñdo illum in liſciua, ponendo in dicta bullitione aliquãtulum ſalnitri, diſiccando illam ad ſolem, ſeu ad ignem per tertium, piſtando funem illum cum ſaxis uiuis; faciendo

ciendo poſtmodum illum deſiccare ad umbram perficietur.

25 Et † ad faciendum lapidẽ, ut ſputo incẽdatur, & aqua, capiantur tutia alexandrina non præparata portio una, & pars una magnetis, tresque partes canforę, & duę ſalnitri bene, & probe pluries reffinati, & totidem uiuæ calcis; & partes duę ſulfuris uiui: & res prędictæ piſtentur, & immiſceantur, & in uaſculis duobus ponantur, quibus ſoliti ſunt uti artifices in exercitio ſuo bene obturatis, cum partibus quinque cretę cum cimatura pãni media portione, & ſtercore aſini parte una, & portione ſimili pulueris ferri, quæ ſtat propè incudem ferri Fabrorum: & cum aqua fiat compoſitio loti talis, quę lutum ſapientię nuncupatur, & in luto prędicto bene obturatis uaſculis, in quibus piſta erit materia prędicta, quæ ponatur in fornace lapidum; & quãdo alii lapides cauabuntur cocti, cauentur & uaſcula prędicta cum dicta materia, & in ipſis uaſculis erit lapis ignitus, qui ſputo, & aquã accendetur, qui proderit ualde in re bellica in uariis caſibus: & ut opus perficietur, proderit ꝙ materia piſta prædicta bene; & ſtricte ligetur in pecia una lini, uel canipæ, ut ſupra dictum eſt; & ponatur in dictis uaſculis bene obturata, & catenata cum filo ferri, & aptetur optime cum dicto luto adeo inuoluto, quòd non reſpiret, & antequãm ponatur in fornace aliquantùm deſiccentur, & remanebunt aurei coloris; & cauabuntur poſtmodum, ut ſupra dictum eſt, coctis lapidibus.

26 Et † puluis quãdoq; prodeſt, & qñq; nocet in re militari terreſtris belli; & nebulę ignis, & uentus ẽt nocẽt in bello, & proſunt utriuſq; elementi terrę, uidelicet, & aquæ. Et cantat Lucanus Poeta Cordubenſis, nepos prudẽtis, & docti Senecæ. Quam pelago diuerſa lues, nam pinguibus ignis. Affixis tedis, & tecto ſulfure uiuax. Spargitur ad faciles prebent alimenta carinę. Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cęra. Nec flammam ſuperant undæ ſparſiſque per ęquor. Iam ratibus ferus ſibi

 uendicat

plôbatis, & ferratis remis repertis ab Aeolo Helenis filio.
Adſint & in claſſe roſtra plura ferrea à Dedalo reperta.
30 Pericles † autem Athenienſium Dux,primus fuit,qui
inuenit adminicula gubernandi nauem, quæ hùc,modo il
31 lùc curſum miniſtrat à tergo nauigii. Adſint, † & cla
uatæ tabulæ cum clauis acutis ferri, maleisque,ſecuribus,
pilis, & manib.ferreis à Duillo conſule Romano (ut aliàs
dixi) repertis, ſaxisque, & ſilicicibus uariis,bipennibus,
& bidentibus repertis ab Eupalamio græco; lignisque cū
clauis,& uncis acutis,tam rectis,quàm extortis ad ſimilitu
dinem antennę,inuentis ab Anacarſe,quos quidam uocāt
arpagones cum ferratis capitibus,quibus hoſtium naues
uice arietis franguntur.
32 Adſint, † & falces plures,terrebræ,ferreæ diuerſę qua
litatis,cum quibus arte perforantur naues.
33 Adſint † & ſcalę plures factæ ex canipa,cum copia ma
gna lini,ſtuppę,plumę,pili, bombicis,lanę,ſaccorum,ſpon
giarum,ſtoriarum,copertarū lanæ,cum tabulis uariè aptis
ad res ſubditas naualis exercitii, & aliis ferri machinis
oneagris,ſcorpionibus,baliſtis,propugnaculis,galeis,gla-
diis,pontibus tabularum,lignorum,& cathenarum;ſcutis,
& alio omni telorum, & miſſilium genere, unà cum aliis
bellicis inſtrumentis naualis pugnæ pro bello, & ſalute,
tutelaque,& regimine claſſis, & ad perdēdos hoſtes reper
34 tis. Adſint, † & deputati ſingulatim in omni loco
nauium,& in ſentina continuò ad cauandum,& deſiccan-
dum aquam nè officiet nauigio,& ad inſpiciendum, & ad
claudendum rimas,& foramina ſtuppa,pice,ligno,& ferro
cōpetenti;tenendo Vulcanum in cornu aſſidue, aut in ali
quo ferreo uaſe, aut fictili,ſecundum oportunitatem tem-
porum,& locorum,ut degunt naues;ſecum habendo ſilices
& alia neceſſaria,cum quibus poſſit haberi ignis: & in de-
fectum ſilicis,& calibis,bonum eſt habere,& conſeruare li
gnum hederæ,& lauri aridum,quibus ignitæ ſintillæ emit-
tuntur expertorum ingenio, & arte, auctore Prometheo:
quod in caſtris,& campis exploratorum, & paſtorum uſu
com-

comprobatur,& conſilium eſt,ut in continuo ſint exercitio deputati in ſentina ad ſternendum aquas, & ad aptandum rimas de nauium fundo,coſtis,& lateribus.

35 Adſint † & fidi uigilantiſſimique cuſtodes ſuper munitionibus,annonis,& armamentario,nè periculum patiantur ab igne.

36 Et † quia de igne ardēti prædixi,modò uenio ad quæſtiones iuris incendii,ruinæ,& naufragii. Et primò quero quæ nam ſit pœna incēdiarii. Dic eſſe ignis quo deliquit, ſeu mors naturalis,l. Data opera,& per Bal.ibi,C.qui accuſare non poſſunt,ponentem multos caſus, in quibus mors irrogatur pro delictis: & poſui caſus omnes, in quibus mors naturalis datur pro delictis in libro illuſtratæ, & inſtauratæ militiæ,in Tractatu De Militari iuſtitia. Cauſę incendiorum dicuntur eſſe criminales quādo dicitur, quòd doloſè fuit factum incendium,habetur in l. Capitalium,§. incendiarii,ff. de pœnis,& per Bal.in l.Data opera, C.qui accuſare non poſſunt. Et ſi pręceſſerint inimicitiæ doloſè ortum dicitur,& mortis pœna punitur. Sed ſi cū leuiſſima culpa factum fuiſſet,dici non poſſet propriè eſſe criminalis, cum ex culpa leuiſſima non oriatur pro aliquo delicto actio criminalis, ut dicit Baldus in c. 1.§.Iniuria, de pace iuramento firmanda,& latè per Afflictum in conſtitutione Iuſtitiariis, & in conſtitutio. ſuper inciſionibus arborum, in nono notabili.

37 Fui † aliàs conſultus à Gubernatore Forliuii, qua pęna fuerit incurſus incendiarius quidam,qui in territorio dictæ ciuitatis cōbuxit aceruum frumenti propè domum ſui inimici,ex quo dicta domus fuit concremata: cōſului per legem Qui ędes,ff.de incendio,ruina,naufragio,ipſum debere puniri pœna naturalis mortis,cum id dolo, & ſtudioſè fecerit,& hoc in proceſſu conſtabat, quod ſecus eſſet ſi incendium contigiſſet alicuius negligentia inhabitātis, quia tunc tenebitur ad emęndam damni infecti, ut dicta l. Qui ædes. Et ſi ignis poſitus fuerit in ſtipulis,uel aliis rebus de nocte,aut de die,& nō reperitur ille qui illū poſuit,

& ignoratur incendiarius, an homines illius loci teneantur ad emendam illius damni. Dic, quòd ſic, quando præceſſit inquiſitio contra malefactorem, & non reperitur malefactor, & ita ſeruatur in Regno per capitulum Regis Caroli, & conſtitutionem ſuper inciſionibus arborũ, & ibi per Afflictum: & propterea ponuntur cuſtodes territoriorũ nè delicta cõmittantur, l. 1. §. 1. C. de offic. præfecti prætoris Aphricæ: & dicuntur eſſe in culpa non cuſtodiendo diligenter, l. 3. ff. de offic. præfecti uigil. Et in omnibus ferè ciuitatibus Romandiolæ, & Lombardiæ, & Italiæ ſunt ſtatuta derogantia iuri cõi de damnis datis, & incendiis furtim factis, & emendandis per uillas, & Cõmune ſi ignorantur, & non reperiantur malefactores, quibus repertis punientur nè delicta remanerẽt impunita, & ut ſuos tenerent auctores, l. item uulneratum, ff. ad legẽ Aquil. Et ſi res fuerint crematæ in ciuitate dolo aut culpa, ut inferius dicam, dummodo homo non occidatur, pœna erit arbitraria, & non capitalis de iure Romano, l. 2. §. exploratores, ff. de effractoribus, & latè per Afflictum in conſtitutionẽ ſuper inciſionibus, in ſecundo notabili.

38 Et † ſi fortuito caſu accidiſſet incendium, niſi dolo aut lata culpa id factum ſit, uenia dignus erit nè concremetur, ſed damnum emendabit, ſi fuerit ſoluendo, aliàs caſtigabitur, l. ſi fortuitu iunctis gloſis, & l. Qui ędes, ff. de incendio, ruina, naufragio. Et niſi promiſiſſet non te-

39 nere ignẽ in illa domo, l. uideamus, ff. locati. De † pœna incendiarii, qui ſunt hoſtes humanæ naturæ, habetur in l. ultima, ff. de incendio, ruina, naufragio. Vbi habetur de pœna quoque illius qui poſuit ignem in ciuitate uel oppido, dolo, odio, uel inimicitia de nocte, aut de die non ſecuto effectu, & uerberatus beſtiis ſubiicitur, ſi fuerit humilis perſona, & ſi nobilis fuerit capite, aut deportatione punitur; & ſecuto effectu cõfeſſus, uel cõuictus de delicto uinctus, uerberibus igne cõcrematur; ita ꝙ moriatur naturali morte in eo quod deliquit, ut in l. Qui ędes, ff. de incẽ. rui. naufra.

quòd poſſet tota ciuitas comburi, quàm extra ciuitatem in uilla, & paleare; quia eſt magis puniendus incēdiarius domorum magnarum, & rerum pretioſarum, quàm uiliũ rerum: & ſic, ut dixi, eſt conſideranda per Iudicē qualitas perſonarum, & delicti, ut in dicta l. Pedius, & finali.

42 Et † uaria pœna punitur incendiarius, diſtinguendo ſi ortũ ſit incendiũ ex dolo, uel non ex dolo; ſi ex lata culpa, uel ex leui ſit ortũ, ut ī l. ſi fortuito, ff. eo. & l. quę fortuitis, C. de pigno. act. & ibi per Sal. & Bal. in l. data opera, C. qui accuſ. nō poſſ. Vbi decidit qōnes incēdiorũ optimè diſtinguēdo. Et fortuitus caſus appellatur incendiũ q ñ ignis nō eſt immiſſus ab habitātib. ſed aliũde proceſsit caſuale, uel caſu fortuito de die, aut de nocte. Et ita intelligitur lex cum duobus, §. damna fatalia, ff. pro ſocio, & l. ſi ut certo, §. Quod uero ſenectute, ff. commodati, & per Io. And. & Iacobum Butrigarium, & Io. de Imo. in c. 1. extra commodati; & per Bal. in l. ſi creditor, C. de pigno. actione. Vbi dicit, quō probetur incendiũ abeſſe culpa, probando unde incendium habuit ortum, utputa ab hoſtiũ curſu. Et ſi hoc non poteſt apparere, pręſumitur ortum culpa inhabitātiũ.

43 Et † incendium hoſpitiorum pariter præſumitur ortũ culpa hoſpitantium, & exercitorum, & ſeu inſtitorum, & familiæ ſuæ; & agi ſolũ non poteſt contra exercitorem, qui nō tenetur de facto culpa uiatorum, l. 1. §. fin. & l. 2. ff. de furtis aduerſus nautas, caupones, & ſtabularios: ita conſuluit Alex. de Imo. in cōſ. 50. 1. vol. ex mente Baldi in l. ſi uero, §. interdicitur, ff. de his qui deiecerunt, uel effuderunt.

44 Pro † rebus depoſitis penès aliquē ex cauſa timoris incēdii, ruinæ, & naufragii, uel quādo quis ſit inde abſētaturus, uel nauigaturus, uel per ſubitam inundationē aquarũ, uel popularē tumultũ partiũ Ghelphæ, & Ghebellinæ, Vrſinorumq; & Columnēſiũ, uel aliarũ factionũ ſeditioſorũ in locis, ubi Diuina deſit Iuſtitia, & charitas, & regentiũ abundat improbitas; & auaritię cœcitas; & depoſitarius non uult reſtituere depoſitum bonorum penès ipſum depoſitorum, qualiter contra ipſum formabitur libel-

lus. Dic in ipſum dari depoſiti actionem prætoriam docet
Specul. iuris in titulo de depoſito, in §. ſecundo. Dicebat
Afflictus in conſtitutio. Rapinas, quòd ſi quis res ſuas ex
incendio, ruina, naufragio ſaluatas, uel alia de cauſa pro-
pter partes, & tumultum ſeditioſorum depoſitas penès ali
quem, qui illas poſteà negauit, & ſi non habuerit ſufficien-
tes probationes, quòd poterit torqueri, & criminaliter pu
niri per glo. in l. Quo naufragium, & in §. Non ſolùm, ibi,
uel amouit, ff. de incend. rui. naufra. Et ſi quis ceperit res
incendii, ruinæ, aut naufragii, & proteſtetur, quòd illas ac-
cepit pro Domino ueniente, & illas in depoſitum habere,
& pro ipſo domino tenere in ſaluum, proderit ſibi, & uita-
45 bit pœnam &c. Edictum † de incendio, ruina, naufra-
gio locum tantùm habet quando quis ſcienter, & dolo ma
lo aliquid rapit ex incendio, uel rapitur quid, uel capitur,
aufertur ve, aut amouetur, damnũque datur, uel recipitur
doló malo ex loco ubi eſt ignis, ſi ex domo incendii, ſiue ex
uicinis ædibus occaſione incẽdii tunc in ſaluum poſitum.
46 Et † ſi ſuſpicatur eſſe incendium uel ruinam in domo,
& ibi ueniens quis aliquid rapiat, cum non eſſet incendiũ
uel ruina, ceſſat hoc edictum, quod etiam ceſſat quando
damnum datum eſt ſine dolo malo, uidelicèt, ſi orto incen
dio iuxta tuam domum, timés ne ad eam ueniret ignis, de
ſtruxiſti domum uicini tui auctoritate propria, nè ignis ad
domum tuam ueniret, hoc non teneberis edicto, neque
aquilia; non enim ille fecit hoc cauſa iniuriandi, qui ſe tue
ri uoluit, cum aliàs non poſſet, ut Celſo placuit Iuriſcon-
ſulto, l. quo naufragium, §. quod aît Prætor, ff. de incend.
rui. naufra. An dominus domus ubi inceptum fuit incẽdiũ
teneatur emendare damnũ illius domus deſtructæ ſi incé-
dium fuit caſuale, & non culpa inhabitantium, l. ſi ſeruus,
ff. ad legem Aquiliam, in §. ſi fornicarius, & in §. ſi ſeruum.
Dicit Baldus in l. 2. ff. ad legem Rhodi. de iactu. quòd ſi in
aliquo uicinato comburitur domus ex caſu aut culpa do-
mini domus, ſi deſtruitur domus uicini ne ignis ultra pro-
cedat, quod fieri poteſt, ut ſupra dixi, debet communiter
damnum

damnum reſarciri cum ſit factum pro communi vtilitate; & allegat legem ſi quis fumo, §. 2. ff. ad. leg. Aquil. Ad prædicta faciunt notata per Ioannem Andreæ in Additionibus ad Specul. i rubrica de iniuriis de damnis datis, quod eſt intelligendum ſi illa deſtructa domus erat incendio prædicto cremāda; aliàs deſtruens tenetur, l. ſi alius, §. eſt autē alia, ibi, æque perituris ædibus, ff. quod ui aut clam; & per Angel. de Aretio in Tractatu ſuo maleficiorum in uerbo incendiario.

47 Et † hę actiones dantur hæredibus, & non in hæredes niſi in quantum ad eos peruenerit ex rapina defuncti, l. Pedius, ff. eodem.

48 Incendiarii † ſunt ualde exoſi legibus, & ſunt meritò ipſo iure excommunicati, c. cum deuotiſſimam, & ibi glo. in uerbo Si uerò incendium, 22. quæſtio. ſecunda.

49 Occurrit † caſus, quòd nauta quidam Græcus fuit inquiſitus de furto cum res naufragii, uel expugnatæ nauis acceperit, exiſtentes in littore Siponti, & ſtante capitulo Regis, Quòd ſi quis ultra unciam auri furatus fuerit, ſcilicet ultra ſex ducatos, quorum ſeptuaginta duo olim faciebant libram auri, l. Quoties, de ſuſceptoribus, & archiariis lib. deci. diſponente dicto capitulo, quòd pęna mortis naturalis puniatur ſi furtum exceſſerit unciam, prout in Regno Siciliæ ultra, & citra Farum, ſeruatur ex dicta regia prouiſione in furto excedente unciam; conſultus fui ſi in caſu præmiſſo, dictus nauta debebat puniri de furto, & pœna dicti capituli, cum delictum excedat unciam. Conſului, quòd non, ſed, quòd puniri debebat pœna edicti Prætoris de incendio, ruina, naufragio, diſtinguendo, ut ibi in legibus dicti tituli; uidelicet ſi rem ſeruaſti ex naufragio, ruina, uel incendio, quam tibi inde ſurripuit Titius, tunc furti tenebitur Titius, aut ui bonorum raptorum. Idem ſi rem peruentam deiectam ex naui rupta ſurripiat., quod procedit ſi ex interuallo poſt naufragium accipiat rem, ſecus ſi incōtinēti ſecuto naufragio, ſcilicet quando res ſunt etiam in littore, & loco naufragii; nam tunc habet locum edictum de in

cendio,ruina,naufragio.
50 Idem † eſt ſeruandũ in naui expugnata,ſeu cum ſpolie tur,mergitur,diſſoluitur,collidicur,uel pertonditur;aut ip ſius funes præſcinduntur claues,aut anchoræ de mari inuo lantur, ſeu furantur à uentis,ut dicit Caliſtratus Iuriſcon-ſultus, & prout ego conſului, ita fuit iudicatum græcum nautam pœna furti non teneri, ſed edicti Prætoris de incẽ dio,ruina,naufragio;quæ eſt,quòd ſi quis rapuerit,aut acceperit dolo malo aliquid ex naufragio,incendio,aut rui-na damnum in his rebus dederit infra annum quo poteſtas experiendi data eſt,tenetur in quadruplum: Poſt uerò annum in ſimplum,& dominus pro familia & ſeruo noxaliter tenetur, Vlpiani Iuriſconſulti ſententia,l.prima, ff.de incendio,ruina,naufragio,& l.tertia.ff.ad ſillanianum,& l. in eum, & l. ſi quis, C. de furtis, cum authentica nauigia ibi poſita; de qua materia naufragii dicam inferius in libro nono, ubi tractabo de uentis, & de iactu, & naufragio.
51 Et † licet ex dictis delictis ſint accuſationes criminales præpoſitæ, hanc tamen actionem pecuniariam Prætor introduxit, quod utile eſt ſcire, ut rectè formentur libelli,& petitiones, & ut rite fiant proceſſus,& ſententię; & ut rei criminum huiuſmodi competenti ſua legitima pœna puniantur.
52 Quero † ſi incendium fuit de nocte caſuale,aut fortuitè impoſitum,uel caſualiter,& ſine dolo impoſitum,qua pęna puniatur,hanc queſtionem notat Baldus in l.Data opera, C.de his qui accuſare non poſſunt,& Afflictus in conſtitutione ſuper inciſionibus; & tenent non puniri pœna capitis,ſed extraordinariè arbitrio Iudicis,per legem in lege, ff. ad legem Cornel. de ſicar. Idem tenet Cynus, & Salycetus in dicta l. Data opera; & Bar. in l. 1. ff. de offic. pręfec. uigil. Quoniam mitius punitur incẽdium factum lata culpa,quàm dolo, & multò minus non tenetur pœna capitis ſi incendium de nocte fuit commiſſum culpa leui, aut leuisſima: & propriè dicitur criminale
quod

quod dolo committitur,& non id, quod fit ex culpa leui, uel leuiſſima, non ex propoſito, & dolo ceſſante: Ideò pro lata culpa quis non tenetur reſarcire damnum in foro pœnitentię, ut dicebat Abbas in capitulo primo, de Conſtitutionibus, & Innocentius in capitulo ſicut dignum, de homicid. ſecus in foro contentioſo per l. Capitalium, ff. de pœnis: quoniam quomodocunque ſit commiſſum incendium uel damnum datum ſiue dolo, ſiue lata, aut latiſſima; leui aut leuiſſima culpa, commitentes huiuſmodi tenentur ad emendationem damni, ut in dicto §. incendiarii, l. Capitalium, l. ſi uendita, ff. de periculo, & commodo rei uenditæ; & per Salycetum in l. Quæ fortuitis, C. de pignora. actio. & per Baldum in l. Data opera, C. de his qui accuſare non poſſunt, & in l. Qui ædes, ff. de incendio, ruina, naufragio. & l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi furnum, ff. ad legem Aquiliam, & in §. ſi fornicarius, ibidem. Vbi habetur uicinum habentem furnum in pariete quem corroſit igne, teneri ad refectionem parietis actione in factum, & non Aquilia.

53 Quid † ſi conductor domus fecit pactum cum locatore, & in ſe recepit conductor periculum incendii, an teneatur de incendio occurſo caſu fortuito. Dic non teneri per textum in l. ſi quis fundum, §. ſi colonus, ff. locati, & l. Quæ fortuitis, ff. de pignoratitia actione.

54 Incendium † de nocte ſine dolo commiſſum, ſed cum lata culpa, an ſit pœna mortis, & quid ſi fuit cum leui, uel leuiſſima culpa. Dixi, ut ſupra, non teneri pœna mortis, ſed alia pœna arbitrio Iudicis, l. in lege, ff. ad leg. Corneli. de ſicariis. Nam mitius punitur incendium factum lata culpa, quàm dolo, notat Bart. in l. prima, ff. de officio Præfecti uigilum.

55 Quero † de officiale ciuitatis, qui dum uideret incendiũ in domo quadã, & uentum magnum, fecit deſtruere domum uicinam pro liberandis aliis domibus, quis tenebitur emendare damnum dictæ domus deſtructę? Dic teneri

teneri dominos illarum domorum,quorum domus ob dictam deſtructionem fuerunt ſaluæ, & ſibi magis,ut magiſtratui pro publica utilitate,& commodo magis licuit deſtruere dictam domum, quàm uicino incendij deſtruerę domum uicini licitum eſt ſine iniuria hoc facere,ita tenet Raynerius de Arſcendis de Forliuio in l.ſi uęndita, ff. de periculo, & commodo rei uenditę,& in conſilio ſuo 51.incipiente,Fauentinus Poteſtas &c. & per Auguſtinum de Arimino in Apoſtilla ad Angelum Aretii in uerbo incendiario,libri ſui maleficiorum.

56 Si † domus fuerit locata duobus ſolarata, & unus habitat deorſum,& alius ſurſum; comburitur domus, & neſcitur à qua parte uenerit ignis,quis fuerit in culpa, an omnes teneantur ad emendationem damni, tenet Baldus ꝙ ſic,cum in domo fuerit ortus ignis in l.2.ff.de offi. præfec. uigil. Tu dic,quòd erit præſumptio contra ſolitum delinquere in huiuſmodi crimine,aut probabitur ſolita negligẽtia,& condemnabitur,l.ſi ſeruus,§.ſi fornicarius,ff.ad legẽ Aquil. & l. uideamus,ff.locati. Et Romanus concludit in conſil.ſuo 400.quòd ſi oriatur ignis in domo, & neſciatur à quo habuerit exordium, quòd propter incertitudinem uterque erit abſoluendus,argumento l.ſi uero, §.ſi ex media no.ff.de his qui deiecerunt uel effuderunt. Licet Albericus de Roſatæ dicat in ſecunda parte ſtatutorũ,in quęſt. 83.ſufficere probare ignem fuiſſe immiſſum in domo cõbuſta,licèt non probetur perſona quæ immiſerit,l.1.§.Itẽ illud, ff.ad Sillanian.quia incendium præſumitur factum culpa inhabitantium,ut dicta l.ſi uendita.&c.

57 Conductores † domorum pro incendio orto in domibus per ipſos conductis,an teneantur ciuiliter ad emendationem damni,ſi domus ſunt combuſtæ, & nón probatur nec de lata culpa,neque de leui,ſed ſolùm de leuiſſima culpa: quia culpa leuisſima prǽſumitur, quòd ignis peruenerit ex culpa inhabitantium,l.Nam ſalutem,ff.de offic. præfec.uigil. Ceſſantibus coniecturis unde peruenerit incendium,& ſeu ignis,aut culpa. Nam in caſibus obſcuris, & ambiguis

ambiguis proceditur per indicia,& p indicia probationes fiunt,aliàs ceſſantibus coniecturis præſumitur culpa inhabitantium;& ſi nullus ibi habitat,ceſſat præſumptio iuris, ut l.ſi uendita,ff.de periculo,& commodo rei uenditæ, & l.ſi nonnulla, ff.de lega. primo; & Afflictus in Deciſione 57.Et certum hominis factum probandum eſt,& per præſumptiones proceditur, ut ſuprà habetur per Bal.in l. Quç fortuitis, C. de pignorati.actio.& ſi ignis habuerit ortum ſeu cauſam ad hoc, facit Petrus de Ancharano in conſil. 348. & Marſilius in l. 1. in num. 113.ff.ad leg.Cornel.de ſicariis,& in ſingulari 393.incipiente Regula ab incerto auctore; quoniam non eſt probatum quis deliquerit igne,tunc non eſt imputandum inhabitantibus,ut probat dicta lex ſi uendita.

58 Famulus † quidam fecit incendium in domo Sempronii,an dominus teneatur ad emendam damni pro famulo & familia ſua delinquente. Dic quòd non,ſecundum Bal. in l.ſi uendita de pignoratitia actione: quoniam dominus non tenetur pro ſuo familiari,c. Ad ſedem,de reſtitutio. ſpoliator.multò fortius non tenetur pro hoſpitatis,l.1. in fine,ff.nautæ,caupo.ſtabularii: tenet Bar.in l. nequid,ff.de incēd.rui.naufra.per tex.īſtitu.de obligatio. quæ ex quaſi delicto naſcuntur,§.finali,Dominum familiæ teneri de facto familiæ,ſi familia deliquit offic.uel miniſterio domini, in cuius opera utitur dominus,l. 1.§.familiæ,ff.de publicanis &c. Ad hoc faciunt notata per Angel.de Aretio in libro ſuo Maleficiorum,in uerbo incendiario.

Finis libri ſeptimi.

LIBER OCTAVVS DE RE NAVALI.

APHRICVS natura procelloſus eſt uentus,numero 8
Agreſtes uentus,& Corus Iapiga dictus habetur.numero 23.
Alcibiadis Imperatoris Attici qualiter ſuerint remiges experti,numero 5.
Alcibiades qualiter perijt,numero eodem.
Aquilonum uentorum,quæ nam ſit natura, numero 24.
Attabolus uẽtus qualiter turbat Apuliam,in qua regnat quoque Vulturnus, numero 21.
Auſtri uenti natura quæ nam ſit,numero 19.
Autumnus,& hiems ſunt hoſtes nauigio,numero 5. & 15.
Bona naufragantium ſunt illorum dominorum,quæ erant ante naufragium, numero.56.
Boreas,Tramontana uulgò dicta,cuius ſit effectus,numero 12.
Carolus Quintus Romanorum Imperator qualiter in Numidiam nauigauit autumnali tempore uirtuosè,numero 16.17.
Cauſa naufragij an ſit ſummaria,uel ordinaria ; & qualiter procedatur in ea,numero 37.41.43.Vbi habetur qualiter procedatur ĩ ea.
Chriſti Domini noſtri Reſpublica quando patitur naufragium,nu.56
Chiron uentus qualiter uexat Athenas,numero 21.
Corus uexat Galliam,numero 20.
Circius,ſiue Corus cui iungatur uentorum,num. 20.
Collatio mercium quando eſt facienda cum nautis,numero 33.
Collatio quando ſit facienda cum nautis cauſa leuandæ nauis pro rebus iactis timore tempeſtatis,numero 54.
Comertia naualia in quo loco iuris tractetur,numero 57.

Conſuetudo

Conſuetudo valet quando nulla lex Imperatoria aduerſatur,num.54.

Deus Deorum,ſuper bonos,& malos mittit ſolem,& lunam,pluuiam niues,& uentos,num.25.
Deiecto de naui an competat interdictum de vi,& vi armata,n.55.
Differentia verborum,extruere,inſtruere,& armare nauim,n.58.

Aegypti,& Phœnices primi fuerunt qui Siderum,& ventorum notitiam habuere,num.2.
Eleſpon eſt ſitus Barbariæ,num.25.
Eurus,& Zephirus turbauit nauali bello claſſem Sertorij cõtra Aniũ, & illam duxit in ſcopulos,nu.7.

Fauonius,aliàs Iapiga dictus,num.12.
Fiſcus an habeat quid uendicare de bonis naufragij,num.43.
Furtum an committatur pro naufragio reperto,& nõ reſtituto.n.4.
Furtum an committant derobantes res naufragorum,num.29.

Garganus mons eſt in Apulia,num.21.
Garganus uentus cuius ſit natura vexans Pamphiliam, numero.21

Hiems eſt hoſtis nauigio,numero 15.

Iapiga uentus ſeruauit Cleopatram fugientem ab Auguſto,fugatam nauali bello,nume.10.
Iapiga uexat Apuliam,num.eodem.
Iapiges filius Dedali,dedit nomen huic vento,nu.21.
Iniuſtitia an ſit caſus fortuitus,num.45.

Legis Rhodiæ de iactu remedium,num.26.
Libellus an requiratur in cauſa naufragij,num.39.
Libellus an requiratur in cauſa ſumerſæ nauis,nu.40.
Lucullus animoſus nauigauit in hieme,num.16.17.

Merces an licitè poſſint extrahi de naui in mare cauſa leuandæ nauis,numero 50.

Marcus Antonius Imperator qualiter reſpondit prudenter Tribuno ſuo inexperto naualis pugnæ, numero 3.

Naufragij, & iactus effectus, num. 26.
Naufragorum res fluctuantes an poſſint licitè capi, & ſurripi numero 30. 31. 32. 35 & 36.
Naufragantibus an liceat res ſuas colligere impunè, numero 32. 33.
Naufragij diffinitio, & unde deriuatur, num. 38.
Naufragare quid ſit, numero. 42.
Naufragium quando ſit caſus fortuitus, num 43.
Nauigium qualiter pro naue ponatur, num. 62.
Naufragium qualiter duobus modis ſumitur, num. 62.
Naufragium qualiter probetur, num. 55.
Nauclerius, & nauargus an ſit dominus nauis, nu. 63.
Nauigatio qualiter eſt periculoſa remorum, num. 64.
Naufragium an denotet tempus eo ſequuto, num. 49.
Nauis ſi deterioretur, aut elidetur; an de ea fiat contributio cum mercibus, numero 53.
Naufragorum res ſunt ſeruandæ & non rapiendæ, ſed dominis reſtituendæ, numero 56.
Nauis quando ponitur pro tabulis, num. 59.
Nautebatæ qui nam ſint, nu. 60.
Nauigantes tenentur ſcire uentos, Sydera, & loca vbi nauigant, nu. 2.
Nauicularius quibus modis ſumatur, nu. 61
Nautæ, & alij quid habeant narrare in ſuo ſermone, n. 4.

Obligatio an teneat pro caſibus fortuitis, nu. 46.

Probatio qualiter fiat rerũ deperditarum in iactu, vel in naufragio, (nu. 34
Proceſſus qualiter fiat pro rebus iactis. nu. 28.
Pœna tollentium bona naufragorum, nu. 56.
Pro rata quid ſit in nautico exercitio, nu. 63.

Quibus oneribus ſint ſubiecta prædia nauiculariorum, numero 61.

Regio qualibet uarios uentos qualiter habeat in ſe ſpirantes, num. 11.

Res

Res pro derelictæ quando habeantur, & cõcedãtur occupãtibus, n.30.
Remiges qualiter eſſe debeant, nu. 5.
Res quando ſint repetendæ amiſſæ propter timorem incendij, ruinæ, naufragij, nume. 44.
Res pignoratæ ſi ruina, incendio, uel naufragio perdantur, cuius erit damnum debitoris, vel creditoris, num. 51.

Scapha ſi perierit cum mercibus an fiat contributio ſalua naue, n. 52.
Septentrionales qui nam ſint uenti, num. 24.
Spoliantes nauigantes, & naufragantes qualiter ſint excõmunicati, & puniendi, num. 26. 27.

Tempeſtatum, tonitruumq́, & fulgurum qui nã ſint effectus, nu. 25.
Traſias, ſeu Craſcias qui nam ſint venti Boreas, & Aquilo, num. 24.

Ventorum qui nam ſint effectus in re nauali, numero 25.
Ventorum quæ nam ſit natura Occidentalium Septentrionalium, Meridionalium, & Orientalium, num. 6. & 24.
Venti à quibus partibus proueniunt, num. 6. 13. 14.
Ventorum quotuplex ſint, num. 7.
Venti vbi ſunt ſoliti ſpirare, num. 9.
Ventus quando prohibet concipere iumenta, num. 12.
Virtus nautica quando eſt exercenda neceſſario, num. 25. 26.
Vulturnus uentus quam habeat naturam, nume. 18.
Vulturnus qualiter profuit Anibali in expeditione Canenſi, num. 18.


Zephirus qualiter turbauerit naues Sertorij in bello nauali contra Anium, & illas duxit in ſcopulos, num. 7.
Zephirus ueſpertinus, Lybs ſeu Aphricus, Fauonius ſeu Iapiga turbat Calabriam, num. 22.

ARGVMENTVM.

De Ventis, & de eorum natura.

De naufragio.

De iactu ex naui propter tempeſtatem ob timorem maris, ex cauſa leuandæ nauis naufragij, & ſummerſionis.



TEMPESTATES quoniam uen-
torum aliqui producunt, ideò Na-
uaræi, pillotæ vulgò nũcupati,& gu
bernatores nauium,ventorum noti
1 tiam,& naturam,aquarumque,tẽpo
rum,Siderum,& locorum vbi naui-
gatur ſcire neceſſe tenentur,ut ſe &
2 alios rectè gubernare valeant.
Phœnicum, † & Aegyptorũ exẽ
plo,qui,ut legitur,Siderum,& ventorũ inuentores fuerũt,
ipſorum ſcientes,& docentes naturam,propterea nauigã-
do ſe prudenter rexerunt virtute ſua.

3 Tribunus † quidam Marci Antonii dũ foret inexpers pugnæ maritimæ,& eſſet pugnaturus contra Cęſarem Auguſtum,immemor antiquæ Romanæ virtutis in omni expertæ bello,erga Marcum Antonium inquit, Imperatorẽ ſuum oſtendendo ſibi vulnera,& enſem, O Imperator inclyte,nec te, & tuos confidas in fragili ligno,& permittas Romanos tuos pugnare in terra vbi ſunt ſoliti uincere, & fugare hoſtes:cui Antonius prudenter reſpondit, Ceſſabit cum timore tempeſtas,& læta victoria parabitur nobis.

4 Et † ob nauale exercitium ſunt ſoliti nautę diſputare de ventis,vt quilibet facere habet de arte ſua,Iuxta illud Ouidii. Nauta de ventis, de tauris narrat arator. Enumerat miles vulnera,paſtor oues.& vt cantat Horatius, quod medicorum eſt, *Promittunt medici,tractant fabrilia fabri.*

5 Bonum † eſt habere in claſſe remiges expertos in remigando,vt ſunt magiſtri in arte nautica experti,qui ſe in ſimul concordant in exercitio remigii. legitur Alcibiadẽ Atticum habuiſſe remiges ſuos adeò doctos. i. expertos, & concordes,quòd accedendo in patriam poſt multas victorias,remigatio ſua videbatur optima & dulcis armonia in qua ſonando remorum concordia, vt organus cum tubiis.& demum periit Alcibiades inuidorum odio, proditione, & armis, vt Dion pro libertate, expulſo Tyranno Dionyſio Syracuſano,ventoſi populi ſilente ſuffragio.

Ven-

6 Ventorum † quidam proueniunt ex parte dextera ,& quidam alii à ſiniſtra,& horum quidam ſunt proceloſi, & tempeſtuoſi, & quidam adeò perrumpunt mare,quòd tribus, quatuorve diebus,& vltra per plures,& plures dies ac noctes,poſtquàm flare ceſſarunt turbidum,& tempeſtuoſũ etiam permanet mare antequàm fiat tranquillum. Quidã ſunt alii uenti,qui incontinenti ceſſante eorum flatu mare tranquillum redditur,& quidam procelloſi,& quidam fœlices,& ſecundi,& quidam infœlices;& quidam ſunt frigidi,& quidam calidi.Occidentales ſunt aerei, Meridionales terreni, Septentrionales aquoſi, Orientales ignei ab Oriente prouenientes flatu ſuo calorem ferentes, auget flatum Oriens, & comprimit Occidens, & nimio frigore aut æſtu ſoluuntur: & ſic nonnulli ſunt aquatici, nonnulli aerei,nonnulli terreni, & nonnulli medii, & mixti, variis nuncupati nominibus,& in variis regionibus varios,& diuerſos effectus faciunt: de quibus variè per varios, & excellentes viros ſcriptum reperi.Aſſerunt quidam motum fluentem eſſe aereum,quidam vnum,& eundem aiunt vẽtum omnes eſſe ventos ſimili modo perfluẽtes,nec differre propter loca undecunque exiſterint. Et quia ex omnibus,& ſeu à ſingulis cardinibus duo perfluunt venti Septẽtrio qui dicitur Aquilo,& Auſter qui dicitur meridionalis ventus.ſunt qui duos tantùm uentos anuunt,nempè borealem qui ab Euro deſcendit,alium auſtralem qui deſcẽdit ab Auſtro meridionali,& cęteros horũ eſſe aſſeſſorios, & exceſſus Zephirum borealem, Eurum auſtralem.Oribaſium eundem numerum Orientem propter occidentẽ, Quidam ventos obſeruauerunt per totidem Mundi partes.Nam Eurum ſiue Apeliotẽ, Oriens boreã regio ſeptẽ Stellarum,Occidẽs Zephirum,Auſtrũ.medius dies mittit.

7 Quatuor † tantùm ventos eſſe firmat Homerus, & quidam alii opinionem Andronici Sireſtis ſequẽtes octo eſſe ventos firmant per turrim ipſius marmoream octogẽnam,ſeu octo angulariam vel octuãgularam repertos Solanum,& Auſtrum ab Oriente hyberno; Eurus ſeu Vulturnus,

nus,quæ Syrocum vocāt nautę,inter Auſtrum,& Fauoniū quem Zephirum dicunt,ab occidente hyberno proueniē tem,hunc Syrocum vocant Veneti, qui aquam affert: in quibuſdam locis,vt Neapolis,& in quibuſdam ſiccitatem ducit,vt in ventoſa ciuitate Byzatii Prouinciæ Principatus vltra Serras Montorii Regni Siciliæ citra Pharum, & in aliis Mundi partibus,& locis;& à loco quodam peruenit vbi eſt aer temperatus, & ſine induſtria fruges,& fructus naſcuntur;& quidam ex barbaris credunt ibi eſſe Cāpos Hælyſios.Hic Zephirus turbauit naues Sertorii in bello nauali contra Anium,& illas duxit in ſcopulos longè ab hoſtibus,& à littore,& à mare in ſiccū,& vltra Gades peruenit Sertorius,& in vltima parte Hyberii non longè ab Ethica fluuio,& in amæniſſimum locum peruenit,vbi ſine induſtria fruges, & fructus omnes naſcuntur ab aeris tēperiem:& vt dixi,barbari credūt ibi eſſe Cāpos Hęlyſios.

8 Aphricus † inter Fauonium,& Septentrionem dictū Tramontanam;Caurus,quem multi Corū dicūt inter Septentrionem,& Solanum.Aquilo ita expreſſus, vt numerum octuagenarium faciant.

9 Et † nomina,& partes vnde flatus certi ventorum ſpirēt,ut in turri octuāgulata Andronici Syreſtis.Ariſtoteles autem,& Varro quatuor primis ventis octo alios addiderunt,quia non eodem ſemper loco ſol oritur,vel occidit, ſed alius eſt Ortus, & Occaſus propter diuerſitatem mutationis temporū:æquinotii,ſolſtitii,hybernalis,& æſtualis.

10 Et † quia aer duodecim ſuſcipit diſcrimina,ſiue à duodena origine ſua, ſiue à duodecim Zodiaci ſignis, à quibus totidem uenti proueniunt,Cleopatram Reginam Aegypti fugientem ſeruauit Iapiga, victam in bello nauali ab Auguſto: & ventus iſte dictus eſt à Iapigiæ ſinu, & hic etiam nuncupatur Garganus.

11 Et † nulla eſt Regio quę non habeat aliquem ventum peculiarem,ſeu venti flatum ex ſe naſcentem ,uel circa ſe cadentem de die vel de nocte.

12 In † partibus Siciliæ ſeptentrionali borea,ſeu Tramō

tana,

tana vento de terra frigido iumenta non concipiunt, nec ſemen recipiunt,& vacua permanent,& multi decipiũtur credentes equas,& iumenta ſua fore pregnantia,cũ equos acceperint,& ſimilia animalia,& cauſa flatus borealis uacua permanent.

13 In † nocte venti quidam ſunt pertinaces, & flare ceſſant veniente die,aut in die quieſcunt.

14 Et † quidam deficiunt veniente ſole,vel nocte peruẽta,& quidã in meridie,& quidã ante,& ſeu poſt meridiem flare incipiũt,aut in flatu deficiũt ſecundũ tẽpora,& loca.

15 Aura † in terra,& Altanus in mari ſpirare lætantur.

16 Autumnus, † & Hiems hoſtes ſunt nauigio propter tempeſtates aſſiduas,quæ occurrunt natura temporum ob ventos, qui regnant in dictis temporibus. in hieme animoſus nauigauit Lucullus ab Athenis diſcedens cũ claſſe applicuit Cretam, & ruptis ac fugatis hoſtibus, reconciliauit Cyreneos legibus,& in Aegyptum nauigauit, amiſſa parte nauium ſuarum maris tempeſtate turbati furentibus ventis;& inde cum gloria ſe contulit Alexandriam.

17 Nec † minus animoſa fuit Catholica,& Cæſarea Maieſtas Imperialis Caroli Quinti,& ſemper Auguſti Coronati Imperatoris: qui cum ingenti claſſe, vt catholicũ nomen extenderet, autumni tempore nauigauit in Numidiam,in locum vulgò dictum Algerium, & ob malam loci ſtationem,& temporis intemperiem furentibus ventis,in die beati Simeonis,& Iudę 28.Octob. anno domini 1541. è loco diſceſſit parte amiſſa ſuæ clasſis turbato mare, inſimul concusſis nauibus tanti Imperatoris animi inuicti, & aduerſa fortuna non proſternati, qui diſſedere nunquam voluit ab hoſtili loco ſine hoſtium ſanguine,& ſtrage facta per ipſum experto bello in terra hoſtili, & demũ cum Dei ſuffragio euaſit cum reliquo ſuæ clasſis, & inde ſe contulit Hiſpaniam,ipſis ſemper furentibus ventis.

18 Ad † materiã redeũtes vẽtorũ, notandũ eſt, ꝙ natura Euri ſeu Vulturni uẽti dicti pasſimSirochi,eſt,ꝙ ab illa parte qua incipit voluere deficit & deſinit,q̃ ſi à ſerena cœli

parte

parte flare cœperit non durat in noctem; hoc profuit Anibali contra Romanos in famoſa expeditione Canēſi,apud Auffidium fluuium.

19 Maiores † fluctus Auſter facit, quàm Aquilo ab ortu flantes calidiores,& diuturniores ac tutiores ſunt uenti,q̃ ſint illi,qui ſpirant ab occaſu,ut in Faſtis cantat Ouidius.

Luce ſecutura tutos pete nauita portus,
Ventus ab occaſu grandine mixtus erit.

20 Eurus † ſeu Apeliotes ſubſolanus à parte dextra Orientalis cardinis eſt,huic à dextra iniungitur Circius,ſiue Corus,Galliam infeſtās , & à ſiniſtra Eurus, qui meridianum cardinem tenet. Notus ſiue Auſter à dextra,huic iungitur Leuconotus, qui Notus in aliquib. locis dicitur, à ſiniſtra

21 Libonatus,& Auſter. Aphricus † in occidentali cardine eſt, Attabulus uexat Apuliam,in qua etiam ſæpe regnat Vulturnus: Iapigia regio etiam Apulia dicitur à Iapige Dedali filio cognominata, ut placuit Herodoto; & in ea eſt mons Garganus ſancti Angeli dictus,Virgilius, Victor Garganus condebat Iapigis agris. & Lucanus,Apulus,Hadriacus exit Garganus in undas. Et uexat chiron Athenas

22 & Gangris Pamphiliam. Zephirus † ueſpertinus Libs ſiue Aphricus,Fauonius,& ſeu Iapiga Brucium turbat, Calabriam dictum à dextra;de quo u ento meminit Horatius in Odis. Si fratres Helenæ,lucida Sydera. Ventorum regat pater,Obſtrictis alis præter Iapiga. Nauem quem tibi creditum,Debes Virgilium finibus Atticis,Et reddes incolu

23 men præcor, Et ſerues animæ dimidium meæ. A † ſiniſtra autem Agreſtes,& Chorus ſiue Caurus, quem Iapigam etiam nonnulli nuncupantur.

24 Septentrionales † ſunt ſeptentrionali cardine, à dextra Tarſias ſiue Craſſias,à ſiniſtra Boreas,& Aquilo, qui ſæpe ſinguli ueniūt, & ambo magnas tempeſtates faciunt, & ęſtuantibus undis maria tranquilla horum flatu ſcuiunt, & pro natura tēporum,& locorum ex procellis ſerenitas, & rurſus ſerena in procellis mutantur;& tunc optimum eſt tutos,& peroptatos habere portus,aliàs compelluntur pa-

ti non modicum damnum; & inbauti perſæpe patiuntur naufragium, non habentes uentorum rationem, & timorẽ Iuxta illud Ouidii Poetæ Sulmonenſis.

vix tunc reſiſtitur illis,
Cum ſua quiſq; regat diuerſas flumina tractu.
Quin lanient mundum tanta eſt diſcordia fratrum.
Eurus ad auroram, Nabatheaq; regna receſſit;
Perſidiaq;, & radijs iuga ſubdita matutinis.
Veſpere, & Occiduo, quæ littore ſole tepeſcunt;
Proxima ſunt Zephiro, Syriam, ſeptemq; triones.
Oriſer inuaſit boreas contraria tellus,
Nubibus aſſiduis pluuioq; madeſcit ab Auſtro.
Et Notus madidis euolat alis;
Terribilem picea tectus, caligine uultum,
Barba graui, nimbis canis fluit unda capillis:
Fronte ſedent nebulæ, rorant pennæq;, ſinusq;. & in Eleſponte ſępe ſuflat uentus eleſpontinus, & Eleſpon uentus proprie dicitur; & Eleſpõ quoq; dicitur diſtrictus barbaricus.

25 Benedictus † Deus in nomine, & uirtutibus ſuis; qui ſolem, & pluuiam ſuper bonos, & malos æquè mittit, & uẽtos quibus niues, & gelu tempeſtates, & ſerenitates dat, & tollit arbitrio ſuo; & uarios dedit, & multiformes effectus, & flatus uentis cum tonitruis, & fulgoribus, trementibus; iuxta illud, *Fulguraq; attritis quoties micuere procellis:* & ſequuntur tonitrua pręcedentibus ignitis coruſcationibus, & flamma illa, quam nubium afflictus excuſſit cum fulmine, & ſeu fulgure percutiente terram ſulphuris odorem emittit, Iuxta illud Lucani.

Hæthereoq; nocens fumauit ſulphure ferrum; ut cãtat Poetarum Princeps Virgilius:

Et lata circum loca ſulphure fumant;
Igneos emittentes turbines, nauigia
In ſummum ueniunt uexata periclum;
Ingeminat Auſtri, & Zephiri denſiſſimus imber:
Et uento naues, monteſq;, & littora plangunt,
Et turbatis fluctibus denſæ mouentur harenæ.

Et

Et ibi nauigijs uiolenter incidit Eurus;
Vnà cum fratribus ſuis pluuialib. Auſtris. Et hæc ferè omnia pericula prodeunt uenti erupti de nubibus;& rapitur tota claſſis;& nauigium in ſublime; & nil eſt moleſtius in mare nauigantibus uenti aduerſi,turbines; flatus,& procellæ ac turbidi fluctus,& undę ſciſſæ ac ruptæ, tũc eſt exercẽda uirtus,& celeritas expertorum in mari nauigãtium animo inuicto cum celeri exercitio nauali;

26. Et † perſæpe utuntur illi,qui euadunt à tanto periculo remedio legis Rhodiæ de iactu;& iuribus naufragiorũ ad acquirendum res iactas,& deperditas in naufragio, in mari diſperſas ob timorem ſubmerſionis propter uim uẽtorum,& tempeſtatum turbatis fluctibus,l.1.2.&l.Nauis amiſſæ,ff.ad leg.rhodi.de iactu;uel ob res in naui uel aliter ſeruatas iactus,& naufragii tempore iure ſociali ſeu uaree,ita à Venetis nuncupato,uulgò ita dicentibus *il và à uerea.* Inter nauis dominum ſeu patronum,& mercium dominos pro rata diuidendas damnorum ex iactu paſſorum, etiam computatis nauibus,& aliis rebus ſeruatis: Nam quæ reperta ſunt ſalua conferuntur,& diuiduntur pro rata damni,ut ſupra,c. Diſpenſationes,1.quæſt.ſept.&l.2.& per totum titulum,C.de prediis,& rebus nauicularioriũ lib.undecimo,& l.1.C.de nautico fœnore:& communiter dãnum reſarcitur nautis,l.Ratis,ff.de incendio,ruina,naufragio. Vbi latè habetur de natura naufragii. Dicebat Afflictus in conſtitutiõ. Patarenorum,in glo.in uerbo Improuidi,quòd ſi nauis patitur naufragium; & proiiciantur in mareres exiſtentes in naui,dominum nauis nõ teneri mercatoribus,ſed omnes qui ſunt in naui debent participare, quoniam id fecit ſine dolo,& culpa,ut nauis ſeruaretur; licuit enim ſaluare nauem ſuam cum iactura dominorum rerum,l.1.& 2.ff.ad leg.rhodi.de iactu.& dñs et nauis tenetur,l.2.ff.eo.habetur per Dyn.in l.Aboîbus,ff.de leg.1.

27. Et † ſunt excõicati illi,qui ſpoliãt nauigãtes,& magis puniri debent ſpoliãtes miſerãdos naufragãtes,ꝗ nauigãtes;& cõueniri poſſũt,& puniri ĩ oĩ foro Eccleſiaſtico

& ſeculari, c. excommunicationi,& per glo.& doctores ibi
extra de rapinis,& in incẽdio,& c. uiolatoribusque Eccleſia-
28 rum. Vbi † datur modus procedendi etiam pro rebus iactis cauſa exonerandæ nauis timore tempeſtatis, l. Nauis onuſtæ, ff. ad leg. rhodi. de iactu.& c. cum dilecti, extra de accuſatio. & inquiſitio.& tenentur in quadruplũ infra annum, ut ſuperius dixi, l. in eum, C. de furtis,& per Bal. in c. expirandæ de præbendis,& per Hoſtien. ibi;& puniri poſſunt arbitrio Iudicis,& uſque ad deportationẽ: notat Bal. in l. vniuerſi, C. de naufragio lib. 11.

29 Et † furtum quidem committũt iſti, l. Qui ratione, §. fi. ff. de acquirendo rerum dominio. Et ſi res, ut aliàs dixi, non fuerunt pro derelictis, quia fuerunt proiectæ per earũ dominos, ut maius periculum euaderent, tunc proiiciẽtes remanent domini.

30 Quid † ſi res fuerunt ex naufragio habitę pro derelictis. Dic, quòd tunc naturali ratione conceduntur occupãtis, ex quo ſunt in nullius bonis,& tunc non committitur furtum, ut Inſtitu. de rerum diuiſio. §. qua ratione, & per Bar. in l. falſus, §. furtum, ff. de furtis: & ita intelligitur gloſa in uerbo dilapidarunt,& textus ſecundum diſtinctionẽ prædictam in c. cum dilecti, extra de accuſatio. & inquiſitio.& per ſcribentes ibi.

31 Quero † de caſu qui occurit perſæpe in facto, An licitum ſit ſurripere naufragiorum bona fluctuantia in mari, uel ſupra littus iacta,& ibi iacentia; Dic, quòd non, aliàs tenentur poena Senatuſconſulti, l. Ne quid, ff. de incẽdio, ruina, naufragio. Imò illis ſuccurrendum eſt ſine mora,& negligentes non habentes iuſtam cauſam excuſationis in uno Auguſtali,& bona huiuſmodi rapientes ultra quadruplum iuris poenæ, in mortis naturalis poenam affigit in Cõſtitutione incipiente Rapinas,& per Afflictum ibi. Vbi habetur, quòd conuicti uel confeſſi de rapina rerum naufragorum, incendii, uel ruinæ tenentur dominis rerum huiuſmodi reſtituere quadruplum,& cõdemnari poſsũt ad mortem;& poenæ minores iuris ſublatæ ſunt per dictam legẽ

Rapinas,imponentem maiorẽ pœnã,ut ibi tenet Afflictus.

32 Et † an liceat unicuique impunè accipere,& colligere naufragium ſuum.Dic,quòd ſic,l.fin.ff.de incend.rui.nau fra.vt in anno præterito apud Euboçam, quæ modo dicitur Niger pons,cõtingit certis mercatoribus Venetis, qui habebant ſaluum conductum ab infidelibus, & bona ſua naufragio ſparſa in littore maris recollexere impunè.

33 Quero † de alio caſu occurrenti, ſi nauis onerata plurium mercatorum mercibus paſſa fuerit naufragiũ in mari,an mercatores prædicti cum mercibus ſuis recuperatis conferre debeant cum domino nauis ruptæ.Dic quòd nõ, quia tantùm locum habet collatio quando iactatio fit cauſa communis periculi uittandi,ut nauis ſit ſalua, l. Amiſſæ nauis,& cum arbor,ff.ad leg.rhodi.de iactu.& tunc Domini iactarum mercium habent actionem cum domino, & ſeu magiſtro nauis, & magiſter nauis cum cęteris nè dum actionem,ſed etiam retentionẽ habet, ut fiat contributio, l.ſi laborante naue,ff.eod.titu.ad legem rhod.de iactu.

34 Qualiter † fiat probatio rerum perditarum in naufragio,per bulettas,& ſeu libros Gabellarum, ſeu Publicanorum, & per teſtes etiam non citatos,uel aliter &c. ut in l. Quoties,C. de naufragio li.vndecimo,& per Angelum de Peruſio in l.ſi quis,§.1.ff.de edendo.

35 Quid † ſi iactæ in mari fuerint merces cauſa naufragii, an habeantur pro derelictis.Dic prout aliàs dixi,quòd nõ, l.interdum, §.ex naufragio,ff.de acquiren.uel omittẽ. poſſeſsio.niſi ex qualitate rei aliter comprehendatur, utputa, ſi liber foret proiectus apertus in mari,aut capſa rupta in aquam proiecta,per l.falſus,§.ſi iactus, ff.de furtis, & ibi per Alexan.de Imo.& in l.2.in fi.ff.ad legẽ rhodi. de iactu.

36 Et † præter pœnam quadrupli debitam naufragii dominis uirtute edicti Prætoris ſi quis dolo malo rapuiſſet bona naufragorum,tantundem fiſco tenebitur,l. Quò naufragium,§.fin.ff. de incend. rui. naufra. & in Ibim optimè cantat Ouidius Poeta Sulmonenſis.

Cumq́; ego quaſſa mea complectar membra carina,

Nau-

Naufragij tabulas pugnat habere mei.
Et qui debuerat ſubitas extinguere flammas;
Hic predam è medio raptor ab igne capit.

37 Naufragii † cauſam quidam tenent eſſe ordinariam, & malè quidem ſentiunt, quia cauſa huiuſmodi eſt ſumma ria, & priuilegiata, & debet cognoſci ſimpliciter; & de plá no, ſine ſtrepitu, & figura iudicii, ſola facti ueritate inſpe-cta; & poteſt cognoſci extraiudicialiter, & in dicta cauſa parte non citata, & non citati teſtes examinari poſſunt ip-ſius cauſæ priuilegio, ita tenet Luminarium Iuris magiſter Bartolus de Saxoferrato in l. 2. C. de naufragiis lib. unde-ci. quod locum habet in omni periculo, quod contingit in longinquis partibus. tenet Ioannes de Anania in c. excom municationi, extra de raptoribus, & incẽdiariis &c. Quod etiam habet locũ ubi lex in aliquo actu nõ requirit plenã probationem, ſed contentatur articulis, & adminiculis: te net Hoſtienſis, & Dominicus de Sancto Geminiano in c. Pro humani, de homicidio, in 6. & plures caſus ponit Lu-douicus de vrbe in ſingulari ſuo 399. Incipiente vnus ex uobis. & per Hyppolitum Marſilium mihi olim ut confra-trem, ac dilectum amicum in l. fin. C. de probatio. in 37. carta. Vbi ponunt multos caſus, in quibus teſtes admittũ tur, & probant etiam parte non citata, & inter alios ponũt

38 cauſam naufragii. Et † dicitur naufragiũ quaſi nauis fractio, dictum à frango frangis; & quid ſit naufragiũ ha-betur in c. Tres ſunt, & ibi glo. de pęnitentia diſtin. 1. & l. 1. C. de naufragiis lib. undeci. & ſit depoſitum pro cauſã naufragii, l. 1. §. 1. ff. depoſiti.

39 Et † qualiter requiratur libellus ſummatim in cauſa naufragii, & qualiter fiant poſitiones in eadem cauſã do-cet Iuris Speculator in titulo de furtis, uerſiculo Alia quo que, & c. de raptoribus, uerſiculo Cæterum.

40 Et † An requiratur libellus in iudicio ſubmerſæ nauis notat ſpeculum Iuris in titulo de libelli conceptione, in uerſiculo 49. in §. decimo. & ut aliàs dixi, in cauſa naufra-gii proceditur ſummariè, & ſine libello.

Et

41 Et † cauſa debet expediri infra bienniū, l. Scire oportet. §. Oportet, ff. de excuſationibus tutorum; & per Bar. in l. 1. & in l. de ſummerſis, C. de naufra. lib. 11. aliàs lapſo biēnio nauicularius non tenetur.

42 Et †quid ſit naufragare, habetur in ca. 2. extra, de ſtatu monachorum.

43 Et † quando naufragium ſit caſus fortuitus habetur in l. 1. & 2. & l. ſub diuerſis, & ibi per doctores, C. de naufra. lib. undeci. Vbi ponitur qualiter procedatur in cauſa naufragii &c.

44 Et † circa res repetendas ob timorem ruinæ, incendii, & naufragii depoſitas dixi ſupra; habetur & per Iuris ſpeculum in titulo Incendio, & de raptu & de depoſito &c.

45 Iniuſtitia † etiam dicitur caſus fortuitus pro illis, qui non poſſunt conſequi iuſtitiam, tenet Baldus in capit. 1. uerſiculo Iniuſtè, in uſibus feudorum, in titulo de noua forma fidelitatis.

46 Et † de caſibus fortuitis quando quis ſe obligauit, & ad quos caſus, & an teneat obligatio, habetur per Bar. in l. ſed, & ſi quis, ff. ſi quis cā &c. & per Bal. in l. 1. C. cōmodati

47 Et † an pro naufragio reperto, & non reſtituto cōmittatur furtum, habetur per Fely. in c. Cum dilecti, de accuſationibus, & inquiſitionibus.

48 Et † fiſcus non debet aliquid ſibi uendicare de bonis naufragorum, attenta eorum calamitate ualde miſeranda, l. 1. C. de naufra. lib. undeci.

49 Naufragium † denotat tempus etiam poſt ipſum, l. 1. in fine, ff. nautæ, caupones, ſtabularii.

50 Quero † ſi alienę merces licitè poſſint proiici in mare cauſa leuandæ nauis, & ſeruandi proprias merces. Dic q̄ ſic, l. Qui ſaluandarum, in princ. ff. de præſcriptis uerbis, & l. 2. ff. ad leg. rhodi. de iactu: & propterea ob hoc nulli fit iniuria, ut non fit de eo, qui cauſa uitandi ignem ſuę domus alienam domum deſtruxit, ut aliàs dixi in lib. 7.

51 Quero †de caſu quē habui ī facto Bononię, quidā mutuauit mille aureos nobili Gozadino, ꝑ q̄b. nobil. Gozadinus

fideiuſſorem

fideiuſſorem dedit cum pignore certorum lapidum prętio ſorum, quod pignus periit apud creditorem mutuantem ruina, incendio, aut naufragio, uel alio fortuito caſu; cuius ſit periculũ creditoris, uel debitoris, ſeu eius fideiuſſoris. Dic debitoris, & fideiuſſoris ſui, l. Amiſsi ruina, ff. de fideiuſ. & mandatoribus, & per glo. ibi. ſecus foret ſi caſus contingiſſet culpa creditoris. §. fin. Inſtitu. quibus modis re contrahitur obligatio.

52 Quero † de caſu ſi periit ſcapha cum mercibus extractis cauſa leuandę nauis habeat locum contributio. Dic quòd ſic, quod ſecus foret ſi nauis periret, & ſcapha remaneret ſalua, l. Nauis onuſtę, & per doctor. ibi, ff. ad leg. rhodi. de iactu. Vbi textus decidit iactantibus fieri contributionem ex mercibus recuperatis ex naue poſtea perępta: licèt recuperantes ex iactu pro mercibus in naue exiſtentibus non contribuant, ut ibi, in §. ſed ſi nauis, &c.

53 Occurrit † per dies nauem deteriorari, An fiat contributio cum mercibus, & mercatoribus. Dic quòd non, niſi acciderit uoluntate mercatorum, uel alio iuſto metu. habetur in l. 2. §. ſi ſeruatis, ff. ad l. rhodiam de iactu. Pro rebus autem deterioratis ob iactationem præſentis pretii eſt habenda ratio, ut fiat collatio iactantibus, ipſius autem ratione loci deterioratis non confertur, ſed ratione aſperginis confertur ipſis, & conferunt damno deducto ſiue plus ſiue minus ſit in damno, quàm in collatione, l. Nauis onuſtæ, ff. ad leg. rhodi. de iactu.

54 Qua † lege cautum eſt, ut ſi leuandæ nauis cauſa timore tempeſtatis iactæ ſunt merces, & alia bona omnium cõtributione conferuntur, ſeu ſarciuntur ea, quæ sũt pro omnibus iacta. Dic hac lege nautica iudicari legis rhodiæ de iactu. in quibus nulla lex Imperatoria aduerſatur: & ſic ualet conſuetudo, cui nulla lex aduerſatur, l. Deprecatio, ff. ad leg. rhodi. de iactu. & in authen. de nauticis uſuris, colum. nona.

55 Queritur † de eo qui fuit deiectus de naui, an ſibi cõpetat interdictum de ui, & ui armata. Dic quòd non, l. 1. §.

ſi quis

ſi quis de naui, ff. de ui, & ui armata, Cum locum non habeat in uiolentia compulſiua, ſed tantùm in expulſiua; ut ibi, & datur infra annum de eo, quod non peruenit ad deiicientem; & de eo, quod peruenit ad ipſum perpetuò datur, & tam mandans, quàm mandatarius tenetur, ut in dicta l. 1. ff. de ui, & ui armata. Naufragium qualiter probetur facit lex Quoties, C. de naufra. lib. decimo.

56 Quęro † de rebus naufragorum repertis, quæ ſeruandæ ſunt, & non rapiendę, & an ſint reſtituendę. Quidam dicebat olim, quòd non, allegantes l. Modeſtinus, ff. ad leg. rhod. de iactu. & l. 1. C. de nauibus non excuſandis. Nos autem in contrarium fore ueritatem dicimus; quia omnia quæ recipiuntur ex naufragio ſunt reſtituenda dominis ſuis, uel eorum hæredibus, nè addatur afflictio afflictis; quibus non ſtantibus, ultimo loco ſuccedit fiſcus, l. ſi quis ex naufragio, ff. de incend. rui. naufra. & l. 1. §. 1. ff. depoſiti, & l. Qui leuandarum, ff. ad leg. rhodi. de iactu. conſuetudine, aut ſtatuto in contrarium diſponentibus, ut abuſis in aliquo non obſtantibus, ita lege diuina & humana diſponente non remitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum, l. in eum, & authen. Nauigia, C. de furtis, & l. 1. C. de naufra. lib. undeci. & Inſtitu. de rer. diuiſio. §. fin. & per Albericum de Roſate in Additionario ſuo, in uerbo Naufragium: notat Iſernia in authen. Nauigia, poſita in fine uſuum feudorum, de ſtatutis editis contra libertatem Eccleſiæ; & Afflictus in conſtitutione Rapinas. & conſuetudo irrationabilis non ualet, & pro abuſione habetur, & damnatur; nec ſeruari debet, ut ſtatuit Papa Honorius in capitulis factis pro Regno Siciliæ ad ſupplicationem Regis Caroli Secundi. Vbi dicit, abuſum contra naufragos, & D. Andreas de Iſernia in dicta Conſtitutione Rapinas, poſuit quęſtionem, quod Rex promiſit exteris ſecuritatem in mari, & in terra: & ſi aſſecurati patiātur naufragiū in Regno, ſi nō uenerint infra triduum aſſertæ conſuetudinis Regni ad petendum eorum bona perdita naufragio, An Rex teneatur reſtituere dicta bona naufragata uirtute dictæ promiſsionis, & aſſe-

curationis, & allegat arguendo ad partes, & concludit, ꝙ ſi conſuetudo fuerit rōnabilis, ꝙ ualet: & ſi irrationabilis non ualet. & benè dixit qua pęna criminaliter puniātur de iure cō i raptores rerū naufragii, incendii, & ruinæ habetur in l. Pedius, ff. de incend. rui. naufr. Vbi diſtinguitur ſecundū qualitates perſonarū, & magnitudinem, aut paruitatem rerum raptarum; & hęres raptoris tenetur reſtituere quadruplum domino rerum, & totidem fiſco infra annum, & poſt annum in ſimplum, l. 1. §. fin. ff. eod. & l. in eū. & per Bald. ibi, ff. de furtis, & l. Quo enim, ff. de naufra. Et præcipiunt Canones, Pręlatos, & clericos bona ſurripientes naufragorum deponi, & laicos excommunicari tollentes de bonis naufragorum. c. cum dilecti, extra de accuſatio. & inquiſitio. c. excommunicationi, de raptoribus: quod procedit niſi bona prædicta, & nauigia rupta ſeu fracta naufragio fuerint infidelium, aut Pyratarum, uel aliorum Principis hoſtium, uel Reipublicæ Chriſtiauæ, ut in dicta authen. Nauigia, C. de furtis. Et benè format in hac materia Speculator in titulo de raptor. §. 1. libellum, & poſitiones actoris, & rei. Græcorum fuit peccatum ipſos peroptare habere pro Regibus Infideles, quos beſtia detinet luxurię ob legem ſuam Maumethicam non uirtuoſam; ſed nimis largam, beſtialem, & licentioſam, deuiantem à bonis moribus, & à uirtute diuina. Et Deo duce, breui punietur Maumethica ſecta olim damnata Catholicorum concilio: Nam Chriſti Domini noſtri fides patitur naufragium, cum Chriſtiani recedunt à fide catholica, & dicitur pati naufragiū à fractione nauis, quoniam per figuram Religio Chriſtiana dicitur eſſe nauis, quæ tuto regi debet temone per Prælatos, ſcientes manutenere temonem, ut inferius dicam in Decimo quinto lib. Et patitur fractionem nauis Eccleſię Chriſti per fracturam fidei factam ad Apoſtatantibus, & hæreticis, temerè quęrentibus diuidere inconſutilem ueſtem Domini, quia non curauit ſe liberari à ditione Infidelium, neque ab hoſte antiqui Serpentis.

Pro

57 Pro † plurium doctrina ; & intelligentia eſt notandũ, ꝙ naualiá comercia tractantur in iure Canonum in c. fi. diſtinctione ſecunda.

58 Et † quid interſit inter extruere, & inſtruere, ac arma re nauem, habetur in l. Quod naue, & in l. Quod quis, ff. de priuilegiis ueteranorum.

59 Et † nauis quandoque ponitur pro tabulis poſitis in ea, l. ſi quis nauem, & ſeu lex ſi quis Mutius. Vbi pro materia ponitur materiatum, ff. de rei uendicatio.

60 Et † qui ſint nautebatæ dicam inferius, nam habetur in l. Debet, §. Hæc actio, in fine, & ibi glo. ff. nautæ, caupones, ſtabularii.

61 Et † quibus ſumatur modis nauicularius, habetur per Bar. in l. fin. C. de nauiculariis, lib. undeci. & quibus oneribus ſint ſubiecta prædia nauiculariorum habetur ibidem lib. undeci.

62 Et † qualiter nauigium pro naue ponatur, & duobus modis quandoque ſumatur naufragium, habetur in l. 1. §. Ait prætor, & §. ſtationem, ff. de flumi.

63 Et † an ſi nauicularius dicatur dominus nauis, & idẽ dicatur nauargus, nam pro rata eſt rector nauis, à prora dictus eſt quæ eſt pars anterior nauis, c. ſciſcitaris, cum gl. ibi, 7. quęſtio. prima.

64 Periculoſa † eſt nauigatio remorum, l. fin. C. de nauiculariis.

65 Deputarunt † quarundam terrarum domini expertos in mari habere curam naufragorum, & ſeu naufragium patientium in mari, tam in perſonis, quàm in rebus, certo ſibi promiſſo pretio ex bonis naufragorum, cum de iure non procedat; quoniam opus tale pium cum charitate teneatur quis facere, ut dicebat Guilielmus de Cuneo in l. fin. C. de nauiculariis &c. Niſi foret ſuper hoc ſtatutum, quòd ſuccurrentes naufragantes poſſint recipere certam moderatam partem bonorum naufragantium. Et tale ſtatutum pro fauore uidetur factũ naufragorum, ut pręmientur ſuccurrentes per ſuo labore, quod ęquũ uidetur &c.

66 Terræmotum † facile cognoſci poſſe per nauigantes expertos putamus, antequàm ueniat in mari, lacuq; uel in fluminib. per inflationem terribilem undarum maris, & aquarum ſine uento ex ſe inſurgentem inſolita craſſitudine, uel quando naues ſine uento tremeſcunt in aqua; & illi qui ſunt in terra cognoſcunt per tremorem, uel turbationem aquę turbidæ factæ ſine uento, uel per aquam in puteis ex ſe motam, & non ſine malo odore.

Finis libri Octaui.

LIBER NONVS
DE RE NAVALI.

APHRICI venti natura, numero 27.
Anibal uſus fuit uaſculis plenis anguibus in bello nauali, numero 7.
Animalia quædam, aues, & piſces indicant quandoque futuras tempeſtates, numero 16
Aquilonis effectus, numero 27.
Arcus Cæleſtes quid indicant, numero 14.
Auſtrinum tempus quale ſit, numero 26.
Auſtri effectus, numero 27.
Auaritia eſt mater omnium malorum, numero 33. 34.
Bella naualia inter Venetos, Ianueſes, Græcos, Gallos, & Hiſpanos, numero 10. 11.
Caſſius incendio conſumpſit hoſtiles naues, numero 5. 6.
Caniculæ Syderis effectus, numero 27.
Charitas eſſe debet inter Reges, & populos, numero 32.
Cæſar qualiter pugnauerit in re nauali cum igne, numero 5.
Conon qualiter apud Cyprum ſuperauit Perſas nauali bello, ſuis indutis ueſtibus hoſtium, numero 13.
Coronabantur antiquitus Milites pro bene geſtis in re nauali, nu. 6.
Collegium quot homines faciant, numero 44.
Conductor unus Gabellarum poteſt pro publica utilitate renunciare gabellas Communi, numero 43.
Ciuitas an poſſit ponere certum pretium frumento nè augeatur tempore penuriæ, numero 37.
Ciuitas Rauennæ qualiter fuerit grata, & liberalis populo ſuo tempore penuriæ, numero 39. 40.

Corus autumnat, & huic contrarius eſt Vulturnus, numero 27.
Creta quibus aquis cingitur marium, numero 12.

Diſpoſitio iuris ceſſat neceſſitate pręmente, numero 41.
Diuites tempore penuriæ cogi poſſunt à ciuitate ad faciendum eleemoſinas pauperibus, numero 26.
Duces Claſſium qualiter eſſe debeant, numero 6.
Duces eſſe debent inuicti in re nauali, & aduerſis, numero 8. 9.

Fauonius uentus quibus alijs nuncupetur nominibus, & quando regnat, numero 25.

Gabella an ſolui debeat pro rebus uictus portatis in loco penuriæ, numero 41.
Gilippus Lacedamonius fuit inuicti animi, numero 9. 10.
Gilippus uicit Atticos, numero 10.

Heliconi dies qui nam ſint, numero 27.
Hiems quando fit, & cuius ſit effectus in re nauali, numero 27.
Hiems, & Autumnus quos pariant effectus, numero 29.

Ignis incendiarius qualiter operetur in bello nauali, numero 5.
Ignes terreni, quæ indicant futura in re nauali, numero 15.
Interlunio, dira uenit tempeſtas, numero 23.
Inertes in mari pugnantes tolluntur de medio, numero 8.

Lucullus cognitione temporum rupit plures Reges in bello nauali, numero 29.

Materia quæ nam ſit ad tollendum hoſtium uires in re nauali, numero 7. 8.
Miſſa in choata an ſuſpendi poſſit neceſſitate, nu. 41.
Monopolij, quæ nam ſit pœna, numero 33. 34.

Neceſſitas non habet legem, numero 41.
Neceſſitatis cauſa multa permittuntur contra ius, quod non permitterentur,

terentur,numero 41.

Omnia,quæ occurrunt,procedunt à Deo,numero 17.

Pancratius Iuſtinianus Dux Venetæ claſſis,qualiter deceſſerit naua li bello,numero 11.
Penuria tempore an licitè poſſint ire ad molēdum ſine gabella in alie no territorio, numero 41.
Penuriam facientes puniri poſſunt ciuiliter,& criminaliter ab omni bus,numero 35.
Populum quot homines faciant,numero 44.
Portentorum uarij effectus,numero 36.
Portenta quæ apparuerunt ante mortem Alexandri Magni,num. 31.
Portenta,quæ euenerunt tempore Dionyſij Syracuſani,nume.eodem.
Portenta,quæ euenerunt tempore Marci Antonij,numero 31.
Portenta Bruti.eodem numero.
Portenta Caſsij,numero 31.

Quando ſit pugnandum in mari,& quando non,numero 2.3.4.5.
Quæ ſint conſideranda antequàm claſsica expeditio fiat in aqua,numero 14.15.
Quot oues faciant gregem,numero 44.
Quot porci faciant gregem,numero eodem.
Quot boues faciant armentum,numero 44.
Quot homines faciant congregationem,numero 44.
Quot homines faciant familiam,numero eodem.
*Quibus ſignis cognoſcitur futura tempeſtas,n.*18.19.20.21.& 22.

*Signa Cœleſtia,quæ nam ſignificant in re nauali,nume.*20.21.22.
Septentrio eſt uentus contrarius Auſtro,numero 26
*Subſolanus eſt contrarius Fauonio,numero.*4.& 25.

Ver aperit mare nauigantibus, numero 24.
Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ,numero 38.& 43.

Turbam quot homines faciant, numero 44.

Argu-

ARGVMENTVM.

De prouidentia Regum habenda in claſſe, ante quàm Naualis expeditio fiat.

De Natura,& effectu temporum aptorum ad nauigandum.

De Ventorum qualitate, & effectu.

De Cœleſtibus ſignis,eorumque effectu.

De Animalium quorundam, auiũque, & Piſciũ præſagio.

De Portentis falſis.

De Charitate Principum, & de monopolio, & eius pœna.

VENTO prius benè perſpecto,& cõ
ſiderato,tempeſtate ceſſante, & ip-
ſo cum uelo capto uento in pelagus
antequàm fiat claſſicum bellum; na
1 ues à uento ſecundo impulſæ, ceſsá
te tempeſtate maris facilè reportãt
uictoriam,Dei ſuffragio, prudentis
2 Ducis miniſterio.
Et † ſi uenti plures abſque tem-
peſtate fuerint,capiatur potentior uentus cum uelo, quia
naues à uento ductæ proſpero,& ſecundo, & à forti con-
cordi remigio uictoriam conſuerunt reportare.
3 Et † antequàm hoſtium naues Infidelium iungantur
claſsi Catholicæ gentis,utile erit hoſtium claſſem à longè
lædere inſtrumentis bellicis, craſsiorib. tartarei ignis, ut
ſubmergantur continuatis ictibus,ipſamque hoſtium claſ
ſem,

ſem,arbores,uela,& temones, hoſteſque ipſos frangendo & de medio tollendo &c.

4 Et † ſi ſimul iunxerint naues utriuſque claſſis, uariis modis ſelędi poterint boardis à boatu, ſeu à uoce bouis dictis(ut aliàs dixi)& cum aptis machinis perforari, & arte uaria inſtrumentorum,utendo cathenis ferreis, & rampонibus,falcibus,& uncis,emiſſo incendiario igne, ut ho-
5 ſtium naues comburantur. Nam † Cęſar tinctas Aſiaticas naues hoſtium piceno unguimine concremauit, iactis lapidibus, & uariis machinis ſubmergi. Et capi poſſunt hoſtium naues, Scipionis exemplo, qui bello nauali amphoras pice,& tede plenas igne accenſas iaculauit in hoſtes, & ita eorum deſtruxit naues incendio. Et Caſſius accenſis nauibus onerariis oportuno uento plenis uelis in hoſtium claſſem inde impulſis, illam Vulcano conſumpſit.

6 Cauti † Duces,& magis experti eſſe debent,& celeres, animoſioreſque eſſe,quàm ſint ſui hoſtes: Ideò ob uirtutis honorem,& militiæ decus, ſuos milites honorabat,& coronabat Antiquitas pro optimè geſtis in militia,& nauali corona laurea prę honore decorabatur ille Miles, qui primò hoſtium claſſem ingrediebatur.

7 Et † Anibal Barcha filius Amilcharis Dux Pœnorum calidus non obſcuri nominis, & famæ immortalis,in omni doctus bello,docuit Regem Anthiocum,ut uaſcula plena uiperis iactaret in hoſtium naues,ut ab exercitio nauali deſiſterent,& à pugna,& facilius caperentur, ut Pontici fuerunt ab eo,qui dum foret Dux claſſis Pruſię Regis Bithinię contra Eumenem Regem Pergami, hoſtes fugauit arte,& exercitio tali: Nam pauore paleſcunt illi,qui calcāt pedibus anguem,ut cantat Iuuenalis.

Palidus & fiet præſit qui calcibus anguem.

8 Hoſtibus † quoque ex alto ex caueis arborum nauigiorum offenſis cum ſaxis, & miſſilibus ferri, ignitiſque machinis iactis deorsū, & cū fictilibus uaſculis liquido ſapone, oleove, pice, pinguedine, vel olei amurca, aut alia

ſimili materia liquida nociua claſsi, ut ſuos docuit Scipio, ita, quòd hoſtes propter lubrica ſiſtere pedibus in tabulatis nequibunt, neque remeare ualebunt; & facilius hoſtiũ nauigia concremabunt, & celeres experti uictores permanebunt hoſtium ſuorum inertia.

9 Nec † bello ullo eſt perdendus animus Ducum propter fortunam aduerſam, quam Gilippus Dux Lacedęmoniorum, filius olim inclyti Ducis Cleandridis, miſſus in præſidium Syracuſarum contra Atticos: qui duce Lycia, & Lamaco, habuerunt pluries fortunam ſecundã contra Lyſippum obiecta claſſe, terra, marique cinctis Syracuſanis, occupata Sicilia nè auxilium ueniret Syracuſanis; prudentia tamen inuicti animi Ducis Gilippi, recta inſtructa acie nauium ſuarum tertio ingreſſu occidit Lamacum; & Lyciam uerſit in fugam, & Lacedęmoniorum auxilio liberauit amicos Syracuſanos ab obſidione Carthaginenſiũ.

10 Et † iterũ refecta per Athenienſes claſſe ſociorum auxilio, à Gilippo primo ingreſſu uicti fuerunt Attici, amiſſa pecunia publica unà cum claſſe, & caſtris ſuis: & ſic in priſtinum ſtatum reduxit Syracuſas Gilippus bis primò uictus, & non animo proſternatus propter aduerſam fortunam, hoſtem uirtuti in bello, & pace uolubilem.

11 Et † Dux olim Venetæ claſsis Pancratius Iuſtinianus, tempore Andreæ Dandoli Ducis Quinquageſimiquarti Veneti Senatus, apud Boſſorum Thracium in ſinu Argolico, in obſcura nocte pugnauit nauali Marte cõtra Ianuẽſes, & Graios, in arcto reductis Venetis, & à longa claſſe circuitis Ianuenſium, & gręcorum, uictus permanſit, & glorioſè periit in armis. Cædes.n. prædicta cruenta fuit in tenebroſa nocte inter ipſos Venetos ſe præter hoſtium arma ſibi læſiua inſimul offendentes, & occidentes incognitos in ipſo belli furore. Et poſt in Careſtio, & in Sardinia aliò per Venetum Senatum animo inuictum contra aduerſam fortunam effecto Duce ſuę Venetæ claſsis Ioanne Sanuto, qui ſua uirtute ingentem Ianuenſium claſſem ſuperauit, quęſitis cum preda ſpoliis opimis; & in Creta, & Cypro contra

pro contra

pro contra eoſdem Ianuenſes, & aliarum nationum Duces pluries,& pluries uariè pugnarunt;ſecutis multis claſſium ruinis inter Ianuenſes, & Venetos inſimul uirtute bellantes pro honore acquirendi nomen,ſtatum,& gloriã in Hadriatico,Thyreno,Aegeo,& Cretico.

12 Eſtque † notandum Cretam madefieri uariis mariũ aquis,Aegei uidelicet maris,Cretici dicti Arcipelagi,Lybici, Carpacii, Aegyptii,Pontici,Thyreni,Hadriatici, Ionii Harenoſii, Rubei, Lyguſtici à Lyguria dicti Ianuæ urbis.

13 Et † Atticus Conon apud Cyprum, ſuperata Perſarũ claſſe,ſuoſque induit armis hoſtilibus, & nauibus iiſdem nauigauit Pamphiliam contra hoſtes apud fluuium Erumedõtem,ubi incolunt Amazones; & Perſæ incauti non aliter prouiderunt,credentes ſuam eſſe claſſem; & uno die nauali,& terreſtri fuerunt uicti à uirtute Cononis hoc ſtrictagemate uſo per Venetos contra Ianuenſes,Græcos, Gallos, Hiſpanos, Pœnos, & Aphros in re nauali hoſtes pluries deceperunt & captiuarunt.

14 Et, † ut prædixi, antequàm bellum fiat in mari eſt optimè conſiderandum nè ſint uentoſæ tempeſtates, neque procellæ,uel de proximo futuræ; quę cognoſci facilè poteſt experiẽtia, & uariis ac publicis ſignis; iuxta illud, Sero rubens cęlum cras indicat eſſe ſerenum. Mane rubente polo Sol dicit ſurgere uolo. Arcus duo cęleſtes,& ſeu Iris pluralitas indicant imbres; unus uerò tantùm affert minas pluuiæ; à meridie autem ortus aquam magnam portat; & ſi ab ortu ſerenitatem inducit, ſin autem refulſerit circa occaſum, & ſonabit tonitruus leuem pluuiam facit.

15 Et † ſi ſurrexerit ab ortu uel ab eo apparuerit arcus ſerenitatem affert,& ſi æſtiuo tempore tonuerit fulſeritque imbrem denotat breui futurã: Et cum ab omnib. quatuor cœli partib. fulſerit,uentum,& imbrem ex his demonſtrat regionibus; cũ ab Aquilone tantùm in poſterum diem denotat pluuiam;& ſi à Septentrione tantum fulſerit uentũ; cũ ab Auſtro, Coro, aut Fauonio ſerena nocte fulgurauerit, uentũ,& imbrẽ ex iis indicant regionibus fore. Terre

ni quoque ignes proximos uentos,& pluuias ſignificant; nam palidi uolitãtes ſunt tempeſtatis nũcii. Et ſi flexuosè uolitat ignis flamma deſignat uentum; idem cum decreſcit cinis in foco, aut carbones perlucent uehementer, & per fungum lucernæ accenſæ,& per muſcas æſtiuo tempore caput,& oculos nimium infeſtantes præter ſolitum, futuram pluuiam denotari. Ignem quoque crocitãtem cum crepitibus bulientem inter uiuos carbones, uentum de proximo futurum, uel niuem hyberno tempore ſignificare perlegi, occultis naturæ ſecretis, quod docet experientia.

16 Animalia † quoque terreſtria,& aquoſa,& aues quædam apparentes,& apparentia certo tempore,& uoce crocitantes, futuras indicant tempeſtates, uentos,& pluuias de proximo uenturas. Piſces quoque maritimi uarii generis,& monſtruoſi ſępe malorum, ut legi, ſunt prę ſagii: nam hæc,& alia optimi Duces claſsium,& experti nautæ noſtri temporis ſciunt,& fortè melius quàm Veteres ſciuerint. Sunt & animalia quædam,& aues quę nõ apparẽt in aqua maris, neque in littus, neque in aere, niſi quando ſunt futuræ procellæ, tempeſtatesque,& uenti, pro habenda preda piſcium,& cadauerum, ut in fragmentis ſuis rei militaris Vegetius firmat.

17 Omnia † à Deo procedunt, quæ à cœlo,& à terra, ab aere, ab aqua, & ab igne proueniunt, & in omnibus tam cœleſtibus, quàm terrenis, aereiſque, aquaticis, ignitis,& ſubterraneis, omnique ſpiritus momento nutu Dei procedit ur, ex tranquillo tempeſtates,& procellæ, & ex tempeſtatibus ſerenitates diuina mente producuntur.

18 In † ſpeculo lunæ orbis rubicundus color, uentos, & ceruleus pluuias, & ex utroque commixtas nimbos, & furentes procellas. Iætus,& lucidus orbis oſtendit ſerenitatẽ nauigantibus. maculoſus aer, nimboſus, & niger pluuias denotat. Citrinus autem aer ſignificat uentum futurum, & idem denotat ſol palidus aut candens, offuſcata luna, uel ſole non æqualibus gaudente radiis, uel obiecta nube uariante pluuia.

19 Et † quando ſint futuri uenti, & procellæ de proximo cognoſci facilè poſſunt ex prædictis.

20 Et † diligenter ſunt conſiderandi uentorum motus, & præſagia imbrium, & tempeſtatum, quæ cognoſcuntur etiam per cœleſtia ſigna, ut cantat Poeta.

Tempeſtates dubio prædicere cælo poſſumus,
Et quando infidum remis impellere marmor,
Conuenit, & quando armatas deducere claſſes:
Aut tempeſtiuam ſiluis euerterepinum.

21 Purus † Oriens, & non feruens ſerenum diem indicat, & cum ante eius exortum nubes pubeſcunt uentum, & ſi nigre rubentibus interuenerint pluuias, & ſi ante exortum nubes conglogabuntur aſperam hyemem denunciabunt, & ſi repellentur ab ortu, & ad occaſum iuerint ſerenitatem, ſi ante radios ortus ſolis ſe oſtendunt aquam, & uentum prænunciant. Et ſi nubes ſolem circumduxerint quanto minus luminis relinquũt, tanto erit tempeſtas turbidior. Et ſi ab ortu partim ad Auſtrum, & partim ad Aquilonem ſpargentur, & quamquàm circa eum ſerenitas fuerit, pluuiam, & uentos ſignificabunt: & cum Oriẽte radii non imminebunt illuſtres, quàmuis ſint nube circundati indicant pluuis. & ſi totus cingetur Oriens, & defluxerit orbe ſerenitatem æqualiter dabit. & ſi partim ſe aperit ex illa parte aperta expectetur uentus. Et ſi duplex Orbis fuerit atrocisſimã indicat tempeſtatem. & ſi nubes rubeſcunt circa Occidentem futuri diei ſerenitatẽ indicat: Et ſi uultum cerulcum pluuiã inducũt, & igneũ uentos. & ſi maculæ interuenerint rutilo nunciãt futuros uentos, & nimboſos. Et ſi candidus fuerit circulus circa eundem Occidentem nunciat leuem tempeſtatem in nocte, & ſi fuerint nebulæ uehementiorem. Et ſi circulus fuerit, ex qua regione eruperit magnos uentos uenturos oſtendit.

22 Nam † ſolis, & lunæ proxima ſunt præſagia, ut cantat Virgilius in Georgiis. Solem qui dicere falſum audeat?

ſi luna ex ortu ſplendens puro nitore fulſerit, ſerenitatem indicat, ſi rubicunda uentos, ſi nigra pluuias, ſi flante Fauonio ante quartam flameam toto menſe hyemale fuerit; ſi ſexta decima flamea apparuerit uehementius aſperas tẽpeſtates indicat de proximo uenturas; ſi in ortu quarto fuerit, ſin autem in plenilunio ſerenos dies, & ſi per dimidium luna pura erit, idem ſignificabit, ſi rutila uentos, ſi nigra imbres, ſi nubis caligo induxerit orbem uentos ab illa parte qua ruperit, ſi gemini orbes cinxerint maiorem tempeſtatem, & maximam, ſi tres fuerint uel plures nigri orbes, ſeu interrupti uel diſtracti, ſi plena & circa ſe habebit orbem qua in parte ipſa magis ſplendebit ex ea futurũ uentum oſtendit.

23 Interlunii † uerò tempus diram firmat tempeſtatem nauigantibus, ut uſus docet ratione, & experientia longa rerum, & temporum magiſtra. ſole obtinente uigeſimam

24 quintam partem Aquarii. Ver † aperit mare nauigantibus, hybernum cęlum molientes Fauonii mundi ſpiritus

25 genitales à fouendo dicti. Fauonium † ſeu Cælidoniũ uentum, ut quidam uocant ab octauo Calendas Martias ab hirundinis uiſu, & quidam Orchiam nominãt poſt brumam uno, & ſeptuageſimo die, flantem per dies octo ab ortu auium: huic Fauonio contrarius eſt Subſolanus.

26 Auſtrinum † tempus eſt ſex diebus ante Idus Maias in totidem partibus Tauri, ſex diebus ante Idus prędictas uigiliarum ex ortu, cui eſt Septentrio contrarius, ut ſupra dixi libro Octauo.

27 Sydus † caniculæ oritur ardentisſimo æſtatis tempore, ſole ingrediente in Leonem decimo quinto Calendas Auguſtas, & Aquilones ortũ ipſius præcedunt octo dieb. & idẽ Aquilones poſt biduũ conſtantius perflant triginta dies, hæteſios nũcupatos, & molitur ſyderis ardore geminato ſolis uapore, & uſque ad ſydus Arcturi crebri Auſtri perflant, q̃ exoritur ante æquinoctium autumni undecim diebus non ſine procelloſa grandine, Coro incipiẽte flare qui autumnat, huic contrarius eſt Vulturnus. Et poſt

æqui-

æquinoctium diebus quadraginta quatuor incipitur hiẽs in uigiliarũ occaſu tertio Idus Nouẽbris, hybernus Aquilonis æſtiuo diſsimilis: cui contrarius eſt Aphricus ſeptẽ diebus ante brumam, & totidem diebus poſt heliconum fœturam auium quieſcit mare. & dies prædicti quatuordecim dicuntur dies heliconides, quibus Thyreni natura maris benigna ſe oſtendit nauigantibus.

28 Hyems † poſt ſequitur, qui nimis audaces, & auaros nauigantes cruciat, & illos perſæpe in periculum mortis ducit, ob iratos uentos inſimul bellantes ſpumante mare, uerſoque, & rupto ab imo ad ſummum.

29 In † Autumno autem, & hieme regulariter fit tempeſtuoſum mare, quod tunc eſt claſsibus infeſtum: Ideò dictis temporibus abſtinenda eſt nauigatio, ut prudenter quidam faciunt Principes, iiſque temporibus eſt tenenda claſsis in portu, fidiſque ſtationibus, & locis tutis. Nam in dictis tẽporib. ſunt ſydera q̃dã dierũ particulariũ, quę aſsiduò inducunt tẽpeſtates, & in illis diebus ſæuiunt uenti, occculto Dei iudicio: & hoc nos docuit experientia temporum præteritorum, magiſtra rerum, ut in decimo octauo & uigeſimo octauo Octobris, ultimaque Nouembris, & toto ferè tempore hiemis, quod cognoſci facilè poteſt inſpecta luna ſi ſuum ſolitum ſydus præcedit illam, cui ſi uicina fuerit per unum uel duos pedes, & quantò eſt uicinior eſt magis timendus furor tẽpeſtatis maris, quæ furioſa uenire conſueuit de die, & de nocte in temporibus dictis nócitura claſsibus, ut Regi Ponti contingit Mithridáto, quem Lucullus perſpiciens ſtellam lunæ uicinam fugauit in loco modicæ aquæ, ubi Lucullus claſſem hoſtilem reduxit, onuſtam, & ponderoſam; & turbato poſt mare inſimul ſibi concutientibus nauibus, aqua ſibi deficiẽte, hoc primitus per Lucullum conſiderato tempore, & ſe in ipſo locó tutò reducto, & permanente cum ſua claſſe, poſitis in terra inſidiis, hoſtium uictor, & triumphator permãſit Regis Ponti Mithridatis, & Armeniæ Regis, & Mediæ Tigrani in mari, & terra experto bello.

Por-

30 Portenta † quoque proueniunt nutu Dei, ut homines ſe remoueant à criminibus,& ab erroribus: & legi,ꝙ tẽpore Alexãdri Magni in Græcia peperit pecora agnũ cum mitra, & pedibus Aquilæ, & inde breui periit Alexãder. Et tempore Dionyſii Tyranni Syracuſarum tũc in arce reducti, Aquila iaculum ſerpſit de manu Sattelici Tyrãni, & illud in præcipitem cadere reliquit, & mare circum circa arcem per diem aquam non ſalſam produxit, & porcos tunc plures fuiſſe natos abſque auribus, quod mirum fuit, poſt contingit Tyrannum ſuperari, & expelli à Dione, poſitis Syracuſis in libertate.

31 Et † cum Marcus Antonius impiè, & iniuſtè Octauiã ſororem Octauiani, ipſius uxorem, ipſius Antonii iuſſu ſuo ex domo expulerit pudicam, & prudentem fœminam, ut Auguſto Cæſari iniuriam faceret, & Senatui, Populoq́ue Romano, amore Cleopatræ: & tunc legitur eueniſſe portentum, ſtatuam uidelicèt Antonii in Alba locatam, ſudaſſe, & Piſaurum urbem propè Hadriaticum mare fuiſſe ſciſſam, & ſumerſam in apertura terræ & maris, & hirundines, quæ in nauis pupæ Cleopatræ nidificauerant, fuerunt ab aliis hirundinibus expulſæ, & uictrices ibi nidificarunt: & legi Bacchi ſtatuam in Athenis dicto tempore cecidiſſe ob uentos in Theatro, & Antonium ſomniaſſe ſe fuiſſe à fulgure vulneratum in dextra, & inde obſeſſus dura inædia apud Mutinam ab Hircio, & Panſa Conſulibus fugatus fuit à Cæſare Auguſto; & cæſi eò in bello remanſerunt Conſules. Et Brutus, ut legi, ſui mali genii habuit uiſionem ſe illi aperiturum in campis Philipicis, & prout dixit, apparuit illi, & inde uictus Brutus ab Auguſto Cæſare; & nè in manus ipſius Auguſti deueniret, ſe gladio incubuit, negligens ſcripta ſua, quę fecerat contra Catonem ipſius auunculum, illum increpãdo, quoniam ſe pro libertate occiderat propria manu. & eo contingit tẽpore Aquilas duas præliaſſe ante acies Auguſti, & Bruti in aere, & alteram earum aliam occidiſſe, & uictricem poſtea ante Brutum mortuam cecidiſſe. Et aues quoque plures rapinæ ſolitas

litas edere carnem humanam, pluribus ante diebus uiſas fuiſſe in exercitu Bruti, & Caſſii, coronâque auri ſibi fuiſſe præſentatam, & laceratam ibi repente, & baculum uictoriæ ſignũ cecidiſſe è manu Caſſii: In uallo quoque Caſſii apium examẽ ſe firmauit, quibus de cauſis, Bruti & Caſſii milites in timore permanſerunt ignari diuina lege, quę huiuſmodi falſa portenta non tollerat, nec illa ulla fides præbet: quoniam eſt uanum credere falſis portentis, & deriſionibus Diaboli hoſtis humanæ naturæ, quam laqueis, uariis artibus, & inſidiis decipere omni momento conatur, ab eo exulata diuina charitate, quæ uiuere habet inter mortales in terra, ut in cœlo, prout nos docuit Veritas in Euangelio.

32 Charitas † eſt Regum regere populos iuſtitia, quâ ſemota, aliter Regna nõ sũt niſi latrocinia. Charitas eſt Principum curare nè populis ſibi à Deo decretis deficiant uictus, & annonæ, tam in ciuitatibus, & locis ſibi ſubditis, q̃ in exercitu, & claſſe. Charitas eſt nõ permittere uiuere impios ſuper terram, iuſſit nempè Dominus colligi zizaniã in faſciculis ad comburendum, nè ſemen eius caderet, & multiplicaret in terra: urticã ex hortu iuſſit Dominus ex-

33 tirpari. Charitas † eſt punire mercatores de monopolio, penuriam affectantes, contracta inſimul ſocietate emẽdi frumentum, & alia blada, & illa poſt retinendi, ut carius uenderent auaritiæ cœcitate, omnium mater malorum, in pœnam incidentes legis Iuliæ de Annonis, & legis primę, C. de monopolio. Nam hi relegari debent, interdicitur ſibi negotium, & damnantur in publicum opus, l. Annona, ff. de uariis, & extraordinariis criminibus.

34 Occurrit † in Vrbe tempore domini mei Septimi Clementis Pontificis Maximi, quòd mercatores quidam cumularunt in Vrbe magnam bladorum, & frumenti quantitatem, ubi populus patiebatur fame, & ut carius uendere poſſent, orbati auaritia, id uendere nolebant, & per ipſos audito, quòd Pontifex miſerat in Siciliam pecuniam cum nauibus, & mercatoribus pro frumento, & na

ues redire oneratas quantitate magna frumenti,operati fuerunt differre aduentum dictarum nauium; & ipſas naues arte detineri Gaietę,& uela ibi ſequeſtrari,cuidam data pecunia nè cito uenirent ad Vrbem, neque ad alia loca vbi deficiebant blada,incidentes in pœnam legis ſecūdæ, & finalis,ff.ad leg. Iuliam de annona: quæ pœna eſt uiginti ſolidorum ſeu aureorum, quia ſolidus in iure habetur pro aureo,ut in dicta lege. Et de hoc mercatores prædicti in camera Apoſtolica conuenti gloriabantur,offerrentes pœnā dictæ legis,& hoc ualde clericis Apoſtolicis diſplicebat;quoniam dicti mercatores deteriorauerant multos & curabant inuenire uiam puniendi illos. Ego allegaui in dicta Camera legem primā, C.de monopolio pro fauore fiſci Apoſtolici,uidelicet quòd dicti mercatores debebāt puniri pœna monopolii criminaliter, quod placuit dictis Clericis,& fiſci patrono D. Benedicto de Treuio: & inde fiſcus captis dictis mercatoribus,notabilem compoſitionem habuit.

35 Quęro † ſi perſonę huiuſmodi ponentes penuriam poſſint ab omnibus accuſari. Dic quòd ſic, etiam à mulieribus & à ſeruis,l. Mulierem,& l. Incertis,ff. de iudiciis.

36 Quęro † de caſu, ſi commune ciuitatis poſſit cogere habentes frumenta,& blada alimentare pauperes, & inopes,& dare pauperibus,& indigentibus eleemoſinas nè pereant fame,tenet Felynus,quod ſic, in c. ob neceſſitatem, extra de iure iurando.

37 Quęro † ſi de iure poteſt commune ciuitatis tempore penuriæ,uel alio tempore nè frumentum creſcat pretio, imponere certum taxatum pretium, nè patiatur populus: uidetur dicendum, quòd non, cum quis cogi non poſſit rem ſuam uendere uiliori pretio, quàm cōiter uēdatur,l. Iulia,§. item reſcripſerunt, ff. ad leg. Iul. de annona. Tu dic contrarium,quòd quando eſt magna penuria,poteſt cōe ciuitatis ordinare,quòd minore pretio conueniēti,quàm uendatur communiter ab omnibus,nè paupertas & populus pereat fame. Nam omnia ſunt reſpectiuè com-

municanda tempore famæ,& ſeu neceſsitatis. argumento legis primę,C.de Epiſcopali audientia,& l.1.§.cura carnis,ff.de offic.Præfecti vrbis.

38 Et † publica utilitas eſt præferēda priuatæ,l.1.§.Nec tamen,C.de caducis tollendis:& dicebat Baldus in l.iube mus,C.de ſacroſan. eccleſiis,quòd in omni priuilegio intelligitur excepta vtilitas publica,& in l.in prouinciali,cū l.ſequenti,ff.de parricidiis;& in rubrica, C.qui accuſare nō poſsūt,c.tertio,extra de præbēdis,c.Bonę,de elec.&c.

39 Et † prudenter anno domini 1528.fecit Senatus noſter Rauennas,nè tumultuaret, aut pateretur populus ob frumenti penuriam,quoniam plebs ieiuna neſcit timere, Iuxta illud Iuuenalis Poetæ Aquinatis. Neſcit Plebs ieiuna timere; prouiſo de alimonia pauperib.in hoſpitalibus nè per ciuitatem uagarent,& certum cōueniens pretium impoſuit frumento,& aliis bladis, & procuratum aliunde habere frumentum,nauibus pluribus miſsis ad diuerſa loca,ut afferre deberent frumentum Rauennæ ſibi conſtituto pręmio de publico.

40 Et † plus deputauit magagenum in loco publico,facto banno,ut quilibet ciuis qui habebat blada(deſcriptione iam facta frumentorum)teneretur ponere in magageno tria ſtaria frumenti,& totidem fabę pro illis,qui uolebant emere frumentum,& fabam in ciuitate pro ſuo uſu, & ciuitas promiſit tractum pretium reſtituere dominis frumenti,& bladorum uenditorum,ſuper inde deputato officiali de publico:& multi fuerunt qui dicta blada non poſuerunt in magageno deputato,iam pleno,officiale illa renuēte acceptare,cum eſſet plenum fonticum. fuit mihi cōmiſſa cauſa ſi illi inciderant in pœnam banni.Iudicaui,ꝙ non,quia per ipſos non ſtetit,l.Titius,& l.iuris tituli,ff.de conditio.& demonſtratio.l.qui operas,ff.locati, & l.Cum

41 quidam,ff.de uſuris,& C.cum quid,de uſuris. Nam † de rebus tempore penuriæ pro uſu,& uictu portatis in locis ubi eſt chareſtia,non tenentur ſoluere gabellam;quia neceſſitas famis illos excuſat : nam eſt magna cauſa neceſ-

ſitatis fames,l. 1. & per Bar. ibi, C. de patribus qui filios diſtraxerunt, quia neceſsitas non ſubeſt legi, cum legem non habeat, l. 1. & per Bar. ibi, ff. de operis libertorum, & per Doctores in l. 2. ff. ſi certum petatur. Tempore neceſsitatis homines uicini territorii non habentes abundantiã aquarum, poſſunt ire ad molendum in loco vbi eſt aqua, & non tenentur aliquid ſoluere pro gabella, paſſagio, & reportu: quoniam id contingit propter neceſsitatem famis, quia fames eſt cauſa magna, ob quam poteſt pater uẽdere filium, l. 1. C. de patribus qui filios diſtraxerunt. Iuris diſpoſitio ſuſpenditur propter neceſsitatem, ſed non in totum tollitur, l. caſus, & per Bar. ibi, C. de teſtamen. Et poteſt cauſa neceſsitatis ferri ſententia diffinitiua de nocte cum iuris ſolemnitatibus, cum aliàs non permitteretur, ut notat Baldus in dicta l. caſus, C. de teſtamen. & in l. Non minorem, C. de tranſactionibus: & omnia, ut prædixi, ſunt cõmunia tempore neceſsitatis, l. fin. & per Bal. ibi, ff. ad leg. Rhodi. de iactu. Et propter cauſam neceſsitatis de inhabili quoque fit ſubrogatio, l. cum antiquitas, & per Baldum ibi, C. de teſtamentis.

42 Et † poteſt propter neceſsitatem Miſſa inchoata ſuſpẽdi, ut quia ſuperueniat excõmunicatus publicus in ea ſecundum Baldum in dicta l. Caſus, C. de teſtamen. per tex. in c. his cui, & in c. his qui, de ſenten. excommunicat. in 6. & per Dominicum de Sancto Geminiano ibi, & in c. Epiſcoporum de priuilegiis in 6. latius dixi circa caſus permiſſos cauſa neceſsitatis ſolutæ legibus in libro illuſtratæ, & inſtauratę militiæ, in Tractatu De non pugnãdo niſi pręmente neceſsitate.

43 Et † quia utilitas publica eſt pręferenda priuatæ, ut prædixi, ſi decem conduxerunt uectigalia, unus pro medietate, & reliqui pro alia medietate: ſi ille ſolus, qui habet medietatem uectigaliũ pro publica utilitate requiſitus, ut ipſi Communi indigenti pecunia, pro communi utilitate, ut bonus ciuis habeat renunciare dicta datia ipſi Cõmuni, ut ipſa Vniuerſitas ualeat locare de pluri datia ſua, renunciauit, & cum Communitas illa loca

re

re uoluerit, reliqui Publicani renuerunt, An debeant audiri & obtinere: Dic quòd non, quia utilitas publica eſt præferenda priuatæ, l. Vtilitas, C. de priuilegio fiſci lib. undeci. c. fin. qui filii ſint legitimi: & illis reficietur damnum ſuum, l. fin. ff. de auctoritate tutorum.

14 Quæro † quot homines faciant populum uel turbam. Dic decē. c. de uino, 11. q. 3. c. 1. de electione, & l. Prætor §. 1. ff. de ui bonorum rapt. & oues decem faciunt gregē: & porci quinque pariter gregem faciunt, l. Oues, ff. de abi geis, & l. Rerum mixtura, ff. de uſucapionibus. & quinque boues, & ſeu iumentorum faciunt armentū: Duo uel tres ſecundum Canones faciunt collegium, & tres tantùm, & non pauciores homines ſecundum leges, c. 1. de electione, l. Neratius, ff. de uerborum ſignificatione, & l. Collegium. C. de probationibus. Duo faciunt congregationem, & rixam, c. 1. de electione. Familiam autem facit numerus ultra duos, l. Deteſtatio, §. fin. ff. de uerbor. ſignificatio. & bona eſt gloſa in c. ex laicis, decima queſtio. prima.

Hæc bonū eſt ſcire pro formandis libellis, & ad intelligentiam ſtatutorum; & pro ritè iudicando in cauſis &c.

Finis libri Noni.

LIBER DECIMVS
DE RE NAVALI.

ACCOMODANS falſas monetas qua pœna teneatur, numero 33.
Antolicus, Demoleuntes, & Flogius qualiter perdiderunt naues ſuas, numero 7.
Auguſtus parua claſſe expertorum ſuperauit multitudinem inexpertam Marci Antonij in mari, numero 3.
Auaritia eſt deteſtabilius peccatum in Principe, numero 26.
Antonius hoſtes ſuperauit auxilio nebulæ, numero 1.

Barcha, & Larta Duces Pœnorum qua arte claſſes Romanorum deceperint, numero 12.13.

Cato facta fictè lætitia noui futuri auxilij decepit Pœnorũ claſſẽ, n.16
Cimonis uirtus filij Alcibiadis commendatur ualde in re bellica n.4
Conductor quando poteſt expelli, & quando non, numere 46.
Conſilium quando ſit habendũ à nauareis ante expeditionẽ, nu. 1.
Conſilium pro defendenda claſſe occultè aggreſſa, numero 13.
Conductor ceſſans ſoluere penſionem in uno numo, an cadat à locatione, & conductione rei locatæ, & ſeu conductæ, numero 47.
Creditor an poſſit auctoritatè propria ingredi poſſeſſionem debitoris pacto ita conuento, ſine Iudicis auctoritate, numero 40.

Debitor obligatus ſoluere debitum in ciuitate Neapolis, an teneatur creditor ire pro pecunia ſibi danda Neapolim, numero 30.
Duces claſſium, ſignorum, & motionum aquarum peritiam habere tenentur, numero 6.
Duilius qualiter ſuper cathenã intrauerit portum Syracuſarũ, n.20
Duces claſſium nauigando, quæ habeant conſiderare, numero 7.
Duces habent conſiderare futura pro claſſis ſalute, numero eodem.
Duces claſſium habent præcauere inſidias hoſtium, & futura pericula, numero 7.

Duces eſſe cauti debent, nè decipiantur, numero eodem.
Duces claſsium quid agere habent, ut hoſtes pugnent, nolentes pugnare, numero. 10 11.12.13.14.

Eccleſia domina rei emphitheoticariæ ſolitæ dare in emphitêoſim laicis, an poſſit ingredi propria auctoritate poſſeſsionem rei ad Eccleſiã reuerſæ ob lineam finitam, numero 40.
Emphitheotæ plures unius rei, uno ſoluente pro omnibus, uel pro ſe tãtùm, an proſit alijs nè cadant in commiſſum, numero 35.36.37.
Emphitheota non ſoluens canonem tempore debito an cadat à iure ſuo, numero. 38.
Errores bellici ſunt uitandi, quia ſunt inemendabiles, numero 5.
Exploratores Lyſandri qualiter ipſum certiorarunt, numero 18.

Fabritius Romanus ſola uirtute, & gloria militari, & non dolo, neque inſidiis pugnabat, numero 22.
Filocles qualiter capitur à Lyſandro, numero 18.

Geſta maritima quorundam Atticorum, Pœnorum, & Lacedæmoniorum, numero 14.15.

Imperitia nocet Regibus, & alijs, numero 5.
Imperitia culpæ numeratur, numero eodem.
Imperitia rei naualis eſt hoſtis nauigio, numero 20.
Inuidia eſt hoſtis uirtutis, numero 4.
Inſidiæ ſunt exercendæ in hoſtes, nùmero 22.
Inſtructio claſsis Lyſandri ad pugnam naualem, numero 18.
Ius tertij quando prodeſt allegari, & quando non in cauſis, n. 44.45.
Iuſtum an ſit in bello dolo, uel inſidijs pugnare in hoſtes, numero 22.

Legitimatus an ſuccedat in emphitheoſi Eccleſiaſtica, feudalive, aut cenſuali, numero 39
Liber cenſuarius, uel emphitheoticarius an probet, numero 34.
Lyſandri ſententia hoſtes uinci pelle uulpis, at leonis uirib. nu. 16.
Lyſander qualiter ſe arte abſtinuit à pugna de Syri Regis conſilio, numero 17.18.

Lyſan-

Lyſander qualiter arte ſuperauit nauali bello Atticam claſsẽ, n.18.

Mater an ſuccedat filio defuncto, & è contra, numero 43.
Mago Dux exercitus, & claſsis Pœnorum, qua arte liberauerit amicos ſuos obſeſſos à Criſpino conſule, numero 8.
Mentiri an ſit licitum, & hoſtem uincere mendacio, numero 23.
Mercatores errant ualde in decipiendo ementes merces ab ipſis, n.24
Mercatores quando damnantur, numero 24.25.
Melciades qua arte ſuos à lætitia uictoriæ amouerit, ut uirtuoſè ſe gererent, numero 9.
Moneta mutata, ponderibusq́, & menſuris, quali moneta ſoluetur debita primò contracta, prima uel ſecunda moneta, numero 32.
Mulier pro teſte an poſsit ſe ſubſcribere ſcripto priuato, & ſit idonea teſtis in eo, numero 28.29.

Obligatus ſoluere in Paſcha domini noſtri Ieſu Chriſti, an in primo Paſchate forte Penthecoſtes cogi poſsit debitor legitimè, nume.31.

Pœna quæ nam ſit contra prohibitionem tenentium, & falſificantium menſuras, & pondera, numero 33.
Pœna priuationis illius, qui alienarunt rem emphiteoticam, an habeat locum in minore, & muliere non ualentib. alienare bona ſua ſine præſentia, & conſenſu propinquorum, & Iudicis, numero 41.
Penſio emphiteoſis, ſeu rei conductæ, quando, & quo tempore ſolui debeat, numero 47.
Proximior inueſtiti defuncti finita linea an inueſtire debeat ab Eccleſia, numero 42.
Portus quomodo rumpi poſſunt, & atterari inſidiando hoſtibus, n.21.

Scriptum priuatum quando habet executionem paratam, & quando non, numero 27.
Scriptum priuatum an probari poteſt per teſtes, numero 28.

Ventus ſi defecerit in pugna quid erit agendum per Duces claſsium, numero 2.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De prudentia Ducum claſſium habenda in mari timo bello.
An ſint in hoſtes exercendæ inſidiæ.
An licitum ſit mentiri in re bellica.
De Apocis publicis, & priuatis & an probent.
De Pœna falſantium pondera, & menſuras.
De Materia rei emphitheoticæ.

TEMPORE futuri belli naualis, tenentur Nauarei dare prius legale conſilium Regibus ſuis, ubi ſit profundior aqua: & de uentorũ proſperitate, & natura, qualitate, bonitate
1 uitio, & malignitate ſolita, portus, ſcopulorum, ſcamnorum harenæ, & lignorum ſub aqua quandoque arte fixorum, aut ibi à natura ortorũ, & de tẽporum triſtitia, & de aquarũ natura, & proſperitate, ſuperiorate, profunditate, uel ſiccitate, & de locorum conditione, & an aqua creſcat uel decreſcat; & de uẽtis, & eorum natura, & an uentus ſit duraturus, ut uelo fortunatè pugnetur, uel an cito deficiat uentorum ſpiritus: capiendo tutum conſiliũ, & arte curando capere uelis meliorem uentum, & habere ſemper aliquid ſuperioritatis, quàm habeant hoſtes circa uentum, aquam, & locum, & alia neceſſaria, & an ſint nebulę, ut hoſtes incauti, ex ĩprouiſo aggredi ualeant, & ſuperari incogitatè ob denſam nebulam non uidentes inimicam claſſem illos inuadentem, ut contingit Marco Antonio pro Cæſare pugnanti, quòd hoſtes incautos auxilio nebulæ inuadit, & ſuperauit naua

li bello:& alia uice uento ſecundo ſupradictus Marcus Antonius incidit in ſcopulos,& partem ſuæ claſsis amiſit. Et alia uice tale periculum uitando hoſtes in ſcopulos reduxit contrario uẽto,quos uidens Antonius fuit illos aggreſſus ad littus,quos ſuperauit cum preda multa,& illam Cæſari præſentauit,in cuius prçſidio uenerat miſſus à Gabinio ſibi amico cum uiginti millibus peditum,& octingentis equitibus pro Cæſare contra Pompeum,& contra Põpeianos ipſius Cæſaris auxilio,multas in mari,& terra habuit uictorias Antonius, quem Cæſar magnificabat uirtute.

2 Et † ſi uentus in pugna defecerit,utile erit habere naues magnas benè munitas,& poſt ipſas ſe reducere remigio celeri cum triremibus,& nauibus paruis,operando nauium magnarum inſtrumenta bellica tartaræi ignis contra hoſtium claſſem,& inde ceſſante fumo inſtrumentorũ pulueris ſulfurei,facta ala cum ſua claſſe,nauibus retentis in apto loco cum propugnaculis claſsis amica,tutabitur ab hoſtili nauigio fortè fortiori,& hoſtibus aggreſſis,& cũ inſtrumentis bellicis turbatis, victoria fidelium ſequetur

3 gratia Dei. Vt † contingit Auguſto,qui maritimo experto Marte,cum parua ſua experta claſſe contra Marcum Antonium habentem claſſem longè maiorem,& inexpertam,& tandem Auguſtus uirtute ſuorum expertorum,uictor fuit,& triumphator.

4 Et † Cimon filius Milciadis ſuorum uirtute expertorum terreſtri, naualique bello,ditisſimam patriam rediit cum maximis hoſtium ſpoliis,& uictor pluries ac pluries triumphauit.Hic liberalis fuit,& ſimilis Themiſtocli in uirtute,& ipſum maiorẽ fuiſſe patre ſuo Themiſtocle, ut Græcia firmat in iuſtitia,& æquitate,nec illis in re bellica fuiſſe inferiorem barbaros, Perſas, Cypros,& Aegiptos,ingẽtisſimas claſſes,& exercitus magnos habẽtes ſuperauit in aqua,& terra cũ parua copia expertorũ militũ: hũc hoſtẽ habuit inuidia Patrielis,quẽ exulẽ fecit,& inde ipſũ ſua uirtus,& patria reſtituit ob excellẽtiã tãti Ducis.

Sunt

5 Sunt † uitandi errores in bello, quoniam ſunt inemẽdabiles: Nam ilicò ex ipſis pœna ſequitur, & turpe eſt poſteà dicere, nón putaram, ſententia maximi Scipionis Aphricani: & propterea habent cunđa conſiderare Duces, & eſſe experti in omni bello. Nam imperitia nocet Regibus, & omnibus hominibus in omni officio, arte, & exercitio: nec ritè poterit quis replicare, cur me imperitum elegiſti? quia culpæ numeratur imperitia, l. ſi qui fundum, §. Celſus, & per glo. ibi, ff. de locatione & conductione.

6 Et † debent eſſe ſciẽtes qualiter aquæ ſonitus, & ſpumæ diſperſę trãquilli maris, uel aquæ bulientis hybernali tempore plurium dierum protendunt hiemem, & indicãt uentos ſæpe futuros, ut cantat Virgilius.

Atque etiam uentos præmonſtrant ſæpe futuros,
Inſlatum mare cum ſubito poſitumq; tumeſcit,
Saxaq; cana ſalis, niueq; ſpumata licore,
Triſtificas certant Neptuno reddere uoces.
Ante denſas ſtridor cum celſo euertice montis,
Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe receſſus.

7 Et † habent cõſiderare Duces, quòd ſcopuli in aquæ occulti ſunt hoſtes nauigiorum, in quibus Antholicus filius Deumaci eliſit naues ſuas, unà cum Demoleunte, & Flogio apud Delium locum Cheronenſium. Et omni tenentur ſtudio curare Duces claſſium nẽ hoſtes ſibi inſidiẽtur, & habere à longe ſigna certiorantia claſſem, & quandoque ſimulare aliò ire, & ſe conferre ad loca diuerſa cũ claſſe, inſidiando ſemper hoſtibus, Claudii Conſulis exẽploq;, qui dum non ualeret ire Meſsinam, Pœnis fretum cuſtodientibus, finxit ſe uelle redire ad Vrbẽ iuſſu Romani populi, hoc credito per hoſtes, & eorum mutato loco ſuæ claſsis, ſe ilicò contulit Meſsinam.

8 Et † Mago Dux Carhaginenſium uidens Locros fuiſſe obſeſſos à Criſpino conſule Duce Romanæ claſsis, ſparſit nomẽ, Marcellũ Romanorũ cõſulẽ fuiſſe occisũ ab Anibale, & ꝙ ipſe Anibal ueniebat pro liberatione Locrẽſiũ,

& ſecretò certos ex ſuis equis extra exercitum duxit, dato ſibi ordine, ut ex montibus ibi uicinis ſe oſtenderet. Quade re credẽs Criſpinus illum fuiſſe Anibalem, ſe amouit à loco, & ſuper claſſe ilicò fugit.

9 Et † dum Milciades fugaſſet Perſas apud Maratonem uidens ſuos Athenienſes terere tempus in lætitia uictoriæ, & audito Perſas cum claſſe ire Athenas, ignorans factum, ilicò illis arte ſuaſit redire in patriam pro tutela ipſius cũ ad illa Perſarũ claſsis ire debebat, quo facto impleuit mœnia Athenarũ cũ armatis militibus, & uenientes Perſæ iudicarunt Atticos eſſe in maximo numero, & hos alios eſſe, q̃ illi qui contra ipſos bellauerint apud Maratonem: quamobrem cum claſſe ſua tremebundi redierunt in Perſiam.

10 Et † arte tenentur Principes claſsis ſe cautè abſcondere in occulto loco partem ſuæ claſsis, mittendo ante portũ hoſtium ubi ſit claſsis hoſtilis ad effectum, ut pugna comittatur, & hoſtium loca capiantur.

11 Caridis † exemplo Athenienſium Ducis, qui uolens capere cum claſſe ciuitatem littori maris iacentem, partem ſuæ claſsis retrò promontória poſuit, & leues naues ante hoſtium portum trãſcurrere fecit, quas ciues urbis prædictæ fuerunt inſecuti cum nauib. ſuis illis, quas pro cuſtodia portus detinebãt, ut illas captiuarẽt: & Cares cum reliquo inuectus ſuę claſſis quam occultauerat retrò promontoria, portum deſtitutum præſidio cum ciuitate occupauit.

12 Idem † fecit Barcha Dux claſsis Carthaginenſium, audito, quòd Romani in Sicilia obſidebant promontoria Lilybæi, iuſsit partẽ ſuæ claſsis ã longe uideri, & reliquum occultauit retrò promontoria, & illam partem claſsis fuerunt inſecuti Romani, & Barcha cum reſsiduo ſuæ claſsis quam retrò promontoria occultauerat, portum Lilybæi occupauit. Hic Barcha fuit de familia, & agnatione callidi Pœnorum Ducis Anibalis. Et idem fecit Larta Pœnorum Dux claſsis in Sicilia, qui portum prędictum occupauit occultis inſidiis retro promontoria. Romanis inſequentibus, partem claſſis

ſis Carthaginenſium arte uelociter ante ipſos fugientem.

13 Et † ſi contingerit partem hoſtium claſsis inſequi, tūc tunc omni poſtpoſita mora, celeriter cum reliquo claſsis inſequentur, & arte tali incitabuntur hoſtes ad pugnam, & poſt aggresſi ſuperabuntur ab animoſa, & à fortiori Catholicorum claſſe pugnante pro Deo.

14 Et † arte ſimili Athenienſes occuparunt portum Samiorum, certis ex ſuis nauibus miſsis ante portum, quas hoſtes fuerunt inſecuti cum portus cuſtodia, & illum perdiderunt. Et Lacedęmonii lætitia gaudentes, decē ex nauibus Punicis quas ceperant, ut uictrices ante miſerunt, quo uiſo per Pœnos fretum tenētes magna claſſe, illas aliter non fuerunt inſecuti, & Lacedæmonii cum ſua claſſe ad latus, & ad pupes nauium Punicarum fictè uictricium, Syracuſas applicuerunt, deceptis Pœnis. Et Lyſander Lacedęmonius clam arte depoſitis militibus in portu Athenienſium, claſſem ad littus rotauit in portum Munichiæ.

15 Contra † quem Alcibiades Dux Atticorum diſcedēs reliquerat Anthiocum unum ex Ducibus claſsis Atheniēſium, qui Lyſandrum deriſit cum duabus triremibus, ex ſocia diſcedens, aſſesſit in portum Epheſi cum magno riſu, quem Lyſander fuit inſecutus cum pluribus triremibus, & inde uiſa ibi Athenienſium claſſe, ſuis in unum reductis nauibus, inſtructa acie pro pugna, & commiſſo pręlio uictor permanſit Lyſander, & captis quindecim triremibus, hoſtium tropheum erexit.

16 Et † ſi pelle, uel uiribus leonis uinci hoſtes non poſſunt, curandum eſt illos uincere pelle uel aſtutia vulpis, Lyſandri ſententia.

17 Et † dum Rex Cyrus reliquiſſet Lyſandrū in locum ſuum contra Athenienſes habentes magnam claſſem cētū & octuaginta triremium, ordine ſibi dato nè pugnaret, cū ipſe breui foret rediturus cum claſſe ingenti ex Phœnicia, & Cylicia, & pluries prouocatus Lyſander ad pugnam arte ſe abſtinuit à pugna. & nolens manere in otio cum claſſe ſua, Inſulas multas cepit, & illas ſubegit dictioni

ſuæ

ſuę, damnificauit Salaminam, & Aeginam, & inde deſcendit ad claſſem Athenienſium, ubi Agidē ſalutauit, qui redierat ab Eolia: & certioratus qualiter Attici inſequebātur ipſum in diuerſas Inſulas Aſiæ, tranſiuit. Vbi derelictū reperiit Eleſpontum, & fuit aggreſſus Lampſacenos cum claſſe, & cum peditatu; Thoracem urbem quam cepit, dedit militibus ſuis in predā, in anchora tunc manēte Athenienſium claſſe apud Cleontem urbem Cheronenſium; & hoc per Atticos Duces claſsis præſcito, fuit nauigatum in urbem Sextam, & ad Aegeos pro frumento miſerunt per flumen Capræ, non longè ab hoſtibus tunc circumcirca Lampſacum exiſtentibus.

18 Et † præter alios Duces Atticæ claſsis erat Philocles, qui populum Athenienſem conſuluerat, ut polices inciderent trium millium captiuorum gentis Lyſandri, nè miſſilia exercere ualerent. Et uolentes Attici omnino bellare claſsica expeditione contra Lyſandrum, qui ſuis commiſit expeditis militibus, & remeantibus, ut in ordine pro pugna ſummo mane manerent cum ſilentio, & expeditū peditatum in littus locauit acie inſtructum, ordine ſibi dato, ut tacitè manerent in armis ad ipſius mandata. Et in ortu ſolis cum omni claſſe uenerunt Attici ad claſsicám pugnam, contra quos Lyſander uertit proras ſuarū nauium plenas bellatoribus, & ſuperuēta nocte nō acceſsit in altū mare, ſed ſub ſuis primis nauibus certas poſuit naues paruas, cōmiſſo ſuis, ut in ordine manerēt cū ſilētio; & ita ſtāte Lysādri claſſe, & cū peditatu ſuo expedito in littore ordinato, Attici redierunt ad locū primæ ſtationis cū claſſe ſua, miſsis per Lysādrum duabus ex triremibus ſuis leuioribus, & expeditis ad explorándum hoſtes, quæ retulerūt Atticam claſſem redire ad primam ſtationem ſuam; & per tres dies idem fecerunt Athenienſes, adeò, quòd Attici Duces, & Lyſander cum ſuis in maxima audacia permāſerunt, & uidētes Atticis Lysādrū dubitare de pugna, illū ſpernebāt, & iniuriabātur. Orta poſtmodū diſcordia inter Duces Atticos, hoc præſcito per Lyſandrū per ipſius explo-

plo-

ploratores, ut ſupra inſtruxit claſsē, & in littore nauiculis miſsis ad explorādum hoſtes, ordine dato exploratoribus ſuis, ut uiſo, quòd hoſtes eduxerint extrā ſtationē claſſem ſuam pro pugna, quòd celeriter redeant ad ipſum. Et dū forent in medio itineris exploratores Lyſandri, dato ſibi prius per ipſum Lyſandrum pro ſigno ſcuto uno cupri, ut uiſis hoſtibus extra ſtationem ſe firmarēt cum ipſo ſcuto, prout fecerunt: quo uiſo per Lyſandrū, percepto hoſtes uenire ad pugnam, ſuis interim ordine dato, ut in acie, & ordine pro expeditione permanerent, & quòd dato ſigno cum omni impetu irruerent in ipſos hoſtes, & inſpecto ite rum ſcuto cupri eleuato per naues exploratorum ſuorum, in altum mare claſſem ſuam induxit, ſonante pro pugna tubicine prætoriæ nauis, & impetum fecit in hoſtes, in littore exiſtente peditatu in acie, qui curſu celeri ordine ſibi dato per Lyſandrum ſe reduxit in colle, qui erat intra ter ram & terram per 15. ſtadia, quo omni ſtudio capto, & ibi acceſſo per remiges Lyſandri, hoc uiſo per Cononē Athe nienſium Ducem, cum mœſtitia ſuos uocabat, ut retrò redirent, & illum non audiebant, nec illi parebant: & ip ſe Conon ſe ſeruauit in fuga cum octo nauibus in Cyprū ad Euagoram. Reliquę naues captę fuerunt à Lyſandro, quarum pars uacua erat, & ſine hominibus, & pars in terra otioſa manebat: &, excepto Conone, alii Duces Attici unà cum tribus millibus captiuis capti fuerunt per Lyſandrum, inter quos fuit Philocles Dux Atticus, qui conſilium dederat populo, ut polices trium millium capti uorum hoſtium truncarent, nè miſsilia ulterius exercere poſſent, quem reprehendit Lyſander de tali ſæuo conſilio: & audax Philocles reſpondit, ſe non habere Iudicem, quia uictus erat, & ſe obtulit morti, Lyſandro tenente enſem in manu, & retraxit enſem, inquiens, Eſſet iniquum geſtum, & maxima ignominia militiæ, ſecuta uictoria, occidere captos in bello. & iuſsit ſuis, ut pro uictoria ſonarent lætanter, & canerent glorias militares.

19 Cato † pro lætitia per ipſum facta in claſſe ſua, hoſtes euertit eleuato clamore euentus ficti auxilii.

20 Et † Gneus Duilius in portu Syracuſano intrauit cũ claſſe ſuper cathenam, quod perſæpe contingit nauibus impulſis per uim uẽtorum, uel remigio forti, & ſæpe ab in expertis non ritè rectum mergitur nauigium, turbato ma re uentorum cauſa bellantium.

21 Et † ſi contingerit muniri portum hoſtilem, nè hoſtes exeant de eo, uel nè in portum ſe reducant pro tuta ſtatio ne, poterit in eo mergi aliqua magna nauis plena lapidibus, uel plures naues obrui, ſecundum portus qualitatem plenæ materia ponderoſa, ita, quòd arte tali hoſtes exire, ſtare, uel capere, aut intrare portum nequibunt. ut olim in Ponto factum fuit per Pannonios in loco, qui mo do dicitur *Natalia*, quæ nunc occupata reperitur per Mau methanos ob quorũdã diſcordiã chriſticolarũ Principũ.

22 Omnes † in hoſtes ſunt exercendæ inſidiæ, ut uictoria ſequetur in bello iuſto, cap. Dominus. 23. q. 1. à parte poſtpoſita illa olim boni Fabritii bonitate, qui dum poſſet hôſtium naues incendio delere, uel perforare de nocte, no luit, ueritus ignominiam eſſe dolo decipere quenquam in re bellica, inquiens, Minime fore iuſtũ hoſtes uincere dolo: cuius ſententiam comprobamus in bello non iuſto. Se cus ſi cũ hoſte iuſtè pugnaretur, quia tunc nõ refert an iu ſto aperto Marte, an dolo uel inſidiis pugnetur, ut aliàs di xi in libro Antiquæ illuſtratæ, & inſtauratæ militiæ, in Tra ctatu De iuſto, & iniuſto bello. c. Vtilem ſimulationem, 22. q. 2. & per gloſam in c. Cupientes, de electione in 6.

23 Mentiri † autem nunquàm eſt licitum, neque fallere quẽquàm mendacio, cum maximum ſit ſacrilegium mendacium, c. Serpens, de pœnit. diſt. 1. Et bonus eſt dolus ille qui habetur in hoſtes, nec ullus dolus dicitur ille qui habe tur contra infideles, latrones, & pyratas, hæreticos, & rebelles, & ſimiles impios diffidatos à lege: & quid differat dolus à fraude, & quot modis fraus committatur, me remitto ad notata per Abb. in c. ex tenore, de reſcriptis, & in

conſi-

conſilio eiuſdem Abbatis,num.70. & per glo.in c.Quanto,de priuilegiis.& ibi per ſcribentes,& in c.Plerique,14. q.3.& in l.fraus,ff.de legibus,& aliàs dixi in libro illuſtratæ,& inſtauratæ militiæ,in Tractatu De fide ſeruanda.

24 Mercatorum † numerus eſt magnus in Orbe, quorũ quidam ſunt boni,& quidam mali,& mendaces, fallentes illos mendatio,qui emunt merces ab illis,& perſæpe debita iam ſoluta pluries petunt in ſuis doloſè notata libris, l. ſi quis,ff.de re iudicata.Nam peius eſt mentiri,quàm tacere uerum,tenet Innocentius in c.Proponente,extra de reſcriptis,& mendacium illud eſt odibilius,quod eſt proximum vero,ut tenet Quintilianus de diuite accuſato.Mixtum mendacium omnibus aliis ueris contentis in inſtrumentis,aut in teſtimonio,totum uitiat inſtrumentum,& ſeu teſtimonium,c. fraternitatis,extra de hæreticis, & c.ſi ad ſacras,diſtin.9.ut latius dixi in libro nuncupato Defenſorium fidei,& Apoſtolicæ Sedis:Nam peculiare eſt malorum mercatorum mentiri,peierare,& deierare,c.Eiiciens cum ſequen. 88.diſtin.& ille etiam mentitur,qui uerum dicit putans falſum,uel è contra,c.homines,cum ſequen. 22.queſt.2. Nec ſemper eſt mentiri faciendo contra promiſſa fortè illicita, & iniuſta,Nec omnis qui mentitur falſum loquitur, nec omnis qui falſum loquitur reſpectiuè mentitur,c.Beatus, & c. His autem,22. queſtio. 2.Pauci mercatores negociantur ſine peccato,quia regulariter sũt nimis auidi in acquirendo, & uendendo merces; & pro pretio rerum deierant peierantes:nam hæc ſunt hominis, & non artis uitia, quia ars ſine uitio agi non poteſt, & malis mercatoribus aliud non remanet niſi peccatum, quod ſecum portant in æternum illo non confeſſo, & debita nõ peracta pœnitentia confeſſi criminis, c. Eiiciens, 88. diſtinctione.

25 Et † quidam ſunt mercatores, quòd tam triſtem, & prauam habent conſcientiam, quòd prędones multos excedunt malitia, & fraude ob auaritiæ cœcitatem, quæ eſt oĩum radix malorũ,& idolorũ ſeruitus,c.Idolatria,27.q.1.

26 Et † quippè nihil eſt deteſtabilius in Regibus, q̃ auari
tia inimica uirtuti: quia illos Deo, & mundo reddit odibi
les. & ſtrenuos milites facit imbelles, & inertes hęc peſſi-
ma lupa, ut latius dixi in lib. illuſtrat., & inſtauratæ mili-
tiæ, in Tractatu De continentia, & ſapientia Imperatorũ.
27 Quæro † de ſcripto priuato mercatoris ſcripto manu
propria, uel ſubſcripto dicti mercatoris cum ſubſcriptio-
ne trium teſtiũ, Iuxta illud, Cautio priuata ſi ſit trino te
ſte notata. pro debito mercium an habeat executionem pa
ratam, prout habet inſtrumentum, ſtante ſtatuto, quòd in-
ſtrumenta publica, uel ſcripta manu debitorum, uel ſub-
ſcripta unà cum ſubſcriptione trium teſtium. Dic tale
ſcriptum, ſeu apocam habere executionem paratam con-
tra debitorem tanquàm ſi eſſet publica ſcriptura obliga-
tionis, quòd ſecus foret ſi dictum ſcriptum careret ſub-
ſcriptione manus propriæ ipſius debitoris, uel ſcriptum
non eſſet manu eiuſdem debitoris: quoniam forma ſtatu
ti eſt ſeruanda pro regula, & tunc non haberet executionẽ
paratam, ſed ordinariè experietur creditor contra debito
28 rem &c. Quid † ſi dubitetur de illa ſcriptura, An pro-
bari poſſit per teſtes in ea deſcriptos, uel ſaltem per duos
eorum atteſtantes dictam ſubſcriptionem eſſe manu ipſo
rum teſtium, & apocham ſcriptam uel ſubſcriptam manu
debitoris, ut in authentica Ad hæc, C. de fide inſtrumen.
uel per alios teſtes, aut per comparationem literarum, ha-
betur per Iaſonem in l. Admonendi, in ſecunda lectura, ff.
de iureiurando.
29 Et † an iſto caſu poſſint ſe pro teſtibus ſubſcribere mu
lieres, & ſufficiat earum ſubſcriptio. Dic quòd non, licèt
de iure prohibitæ non reperiantur mulieres eſſe teſtes in
inſtrumentis regulariter, ſed tantùm in teſtamentis prohi
bitum reperitur. Et eſt notandum, quòd ſubſcriptiones fa
ctæ in apocis priuatis debent eſſe in eadem carta, aliàs nõ
ualerent, ut tenet Baldus in l. 1. in 2. colum. & in l. 2. in fine
C. qui potiores in pignore habeantur, lib. 8.
30 Quid † ſi debitor exiſtens Piſis promiſit creditori ſol-
uere

uere mille in ciuitate Neapolis, & ita ſe obligauit facta cautela de ſoluendo in menſe Decembris uigintiquinque, vtrum teneatur creditor ire Neapolim, uel mittere procuratorem legitimum Neapolim. Dic quòd ſic, aliàs debitor non erit in mora, l. item Mela, ff. de conſtituta pecunia, & l. Labeo, ff. de nautico fœnore. Ideò erit cautela in caſu præmiſſo ponere pactum in obligatione, ut debitor in mora conſtituatur ſi non ſoluerit debitum in termino creditori, ut in obligationibus ſolitum eſt fieri in Vrbe, & tunc erit neceſſe debitori ire ad domum creditoris cum pecunia, aliàs erit in mora, & in pœna inſtrumentali.

31 Quid † ſi mercator ſe obligauerit ex cauſa mercium alteri mercatori ſoluere mille in Paſchate domini noſtri Ieſu Chriſti, nō aliter expreſſo de quo Paſchate, & an ueniēte Paſchate Pentecoſtes teneatur debitor creditori non aliter expectato Paſchate alio futuro Reſurrectionis Dominicæ. Dic intelligi de primo Paſchate uenturo, & tunc debitor poteſt aſtringi, & in mora conſtituitur ilicò ueniente, & elapſo primo Paſchate: nā unum eſt Paſcha Reſurrectionis Dominicę, & aliud Pentecoſtis domini noſtri Ieſu Chriſti, & de primo ſic ueniente Paſchate intelligitur, niſi aliter fuerit expreſſum in cautela, ut aliàs dixi in alio libro &c. l. Traheticiæ, in fin. ff. de actionibus, & obligationibus.

32 Quid † ſi factum fuerit debitum, & creditum inter mercatores pro mercibus, utputa pannorum, olei, frumenti, carnis ſalitæ, & ſimilium rerum mercantilium, quæ conſtant in pondere, & menſura, & fuit pactum inter mercatores, & debitores ſolui debita in Natale domini noſtri Ieſu Chriſti, contingit mutari monetas, ponderas, & menſuras principali proclamate, Qualiter fiat ſolutio, ponderetur, uel menſuretur. & hoc caſu fuit conſultus Baruli, & Siponti. Conſului, quòd non ad illam monetam, neque ad illam menſuram, neque ad illud pondus, quæ, & quod erant tempore contractus, ut quidam dicebant, ſed ad illam ſaltem exiſtimationem, l. Quod te, ff. ſi certum petatur, & l.

vxori,§. Ariſto,ff.de leg.3.c.cum olim,extra de cenſibus, & ibi per Abb.& per Oldra.in conſil.13.& in conſil.31.& in conſil.249.& in l.fin.ff.de auro,& argen.lega,& per Bonifacium de Mantua in libro ſuo maleficiorum,in titu. De pœna falſantis menſuras,circa finem,& per D.Andreã de Iſernia in c.1.in titu.quæ ſint regalia in uſibus feudorum.

33 Et, † quæ nam ſit pœna falſantium pondera,& menſuras augentium uel minuẽtium. Dic pœna falſi,l.hodie,§.1.ff.ad leg.Corne.de falſis.Item relegationis,l.Annona,ff de extraordinariis criminibus,& alia etiam iis datur pœna arbitrio prudentis Iudicis,l.in dardanarios,ff.de pœnis.& l.Hodie,ff.de falſis,& c.1.de crimine falſi,& l.Nullum,in fin.C.de teſtibus.& c.Vt menſuræ,extra de emptione, & uenditione.Item conditione furtiua tenentur,l.ſi quis,§.vxori,& in §.ſi maiora,ff.de furtis.Item,& ille tenetur ad intereſſe, qui falſas menſuras commodauit ſcienter,& pondera,l.in rebus,§.ſi quis ſciens,iuncta l.1.ff.de furtis. Quod non ita procedit in eo,qui ſub certa mercede locauit,uendidit,aut emit,ſciue,ſciens ſiue ignorans,l.Sed addes,§.1.ff.locati,& l.Tenet ur§.ſi uas,ff.de actioni.emphi. Niſi fuiſſet prouiſio,quòd nullus poſſet tenere falſas menſuras: nam tunc puniri poſſet pœna prouiſionis,uel ſtatuti &c.Ideò bonum eſt oĩ anno,ꝙ adiuſtentur pondera, & menſuræ, nè defraudetur populus in mẽſuris, & põderib.

34 Quæro † de caſu occurrenti,ſi liber Eccleſiæ,uel Capituli cenſuarii, uel emphitheoticarii probet in iudicio,& extra.Diſtinguendum puto,ſi inter eaſdem perſonas deſcriptas in eo fuerit cauſa uel differentia.Dic probare,tũc non dubito,ſecus ſi differentia fuerit inter diuerſas perſonas in eo non deſcriptas:quia tunc non probabit.ita tenet D.Felynus in c.Ad audientiam,extra de reſcriptis.

35 Quæro † ſi fuerint plures hæredes emphitheotæ, & vnus ſoluerit Canonem,& alius non ſoluerit,an pars non ſoluẽtis cadat ĩ cõmiſſũ,& ſi ſolutio alterius in aliquo ſibi opituletur, & tenet Bartolus poſt gloſam, quòd prodeſt etiam non ſoluenti,& quòd non cadit in commiſſum in l.

com-

communi diuidundo, ff. commu. diuidun. ſcilicet quando eſt indiuiſibile emphitheoticarium predium urbanum uel ruſticum habetur per Bal. & Angel. in l. Neceſſarias, §. ſi unus, ff. de pignora. actio. & in l. 1. C. de caducis tollendis, & per Imol. in c. Potuit de locato. Quod ſecus foret dicendũ ſi à principio fuerunt duo emphitheotæ, quorum unius ceſſatio præiudicat ſibi ſoli nõ ſoluenti, & nõ ſocio ſuo ſoluẽti, ſecundum ſcribentes in l. fraudanti, ff. de publicanis &c.

36 Et † quando ſolutio emphitheoſis uni ſoli prodeſt, & quando ambobus, habetur per Bal. in l. ſolemnibus, C. de rei uendicatione.

37 Et † ſi unus hæredum emphitheotæ ſoluerit totum canonem emphitheoſis, non reuertitur, ſed proderit cohæredi ſocio, qui non ſoluit, & is tenebitur cohæredi ſocio ſoluenti ad partem Canonis pro eo ſoluti, ut tenet Ioannes de Imola in c. Potuit, extra de locato &c.

38 Quæro † de emphitheota, qui non ſoluit Canonem infra tẽpus iuris debitum, an priuetur iure ſuo. Dic quòd ſic, quantumque habeat priuilegium à Principe, quòd res emphitheota non reuertatur ob Canonem non ſolutum: quia nõ intelligitur de priuilegio clauſo in corpore iuris, habetur per Bal. in l. ſi à te, C. de pactis inter emphitheotã, & uenditorem.

39 Quæro † ſi in emphitheoſi Eccleſiaſtica ſuccedat filius naturalis legitimatus. Dic, quod ſi talis legitimatio facta fuerit à Comite Palatino habente poteſtatem in priuilegio ſibi conceſſo à Principe, quòd tollat omnem maculã geniture, & defectum: uel, quòd poſſit legitimare, & cum poteſtate ſuccedendi in bonis quibuſcunque etiam emphitheoticis, cenſualibus, & feudalibus; (ut in priuilegio mei Comitatus mihi conceſſit Inclyta Maieſtas imperialis Caroli Quinti, & sẽper Auguſti in ciuitate Bononiæ) pro culdubio legitimatus ſuccedet, ut in authentico, quibus modis naturales efficiuntur legitimi. Vbi habetur ac ſi legitime eſſent nati, & per Bal. in l. Imperialis, C. de nuptiis. & per Bar. & Bal. in l. Gallus, ff. de liberis, & poſthumis.

Quæro

40 Quæro † ſi Eccleſia domina rei emphitheoticæ ſolitę inueſtiri laicis,uel clericis poſſit propria auctoritate ingre di poſſesſionem,facta prius declaratione per Eccleſiā dominam,rem eſſe deuolutam ad ipſam per lineam finitam, uel propter penſiones, & Canones non ſolutos,uel aliter ob pacta non ſeruata.Reuerendiſſ. D. Cardinalis Florentinus in c.Potuit.extra de locato.& Ioannes de Imola ibi,tēnent,quòd non,& quòd melius foret pro Eccleſia ſi Iudicis competentis auctoritate apprehenderet eam, & quòd eſt neceſſaria Iudicialis auctoritas in iſto caſu. Et idem tēnent Petrus, & Cynus in l.2.C.de iure emphitheotico,& ibidem tenet idem Salycetus,& Albericus de Roſate,affirmantes hanc eſſe iuridicam,& rationabilem, ac æquam,& communem opinionem,l.creditor,C.de pignoribus.Vbi habetur, quòd ſi creditor fecerit pactum de ingrediendo poſſesſionem propria auctoritate ſi debitor conuento tēpore non ſoluerit,& quòd licèt ingrediatur poſſesſionem auctoritate ſua non dicatur iniuriam facere,quòd tamen illam tenetur ingredi auctoritate Iudicis competentis per rationem quam dat textus in c. licet heli,de præbendis in 6.Vbi non licet Epiſcopo expellere priuatum ipſo iure de poſſesſione,niſi priuatio fiat per ſententiam Iudicis competentis,per generalem regulam tituli, C. nè quis in ſua cauſa ius ſibi dicat, & nè materia detur committēdi rixas, l.Aequisſimum in Principio,ff.de uſufructu &c.Item alia ratione,quòd licèt lex in aliquibus caſibus tranferat in aliquem dominium ipſo iure, nunquàm tamen intelligitur translata poſſesſio,l.cum hæredem, ff.de acquiren.poſſesſio.& glo.in l.cum duobus,§.Idem reſpondet,ff.pro ſocio. Idem eſt dicendum in caſu præpoſito,quòd licet foret emphitheota priuatus ab ipſo iure ſuo, ut in l.2.& ultima. C.de iure emphitheo.non tamen intelligitur ab eo ablata poſſesſio ſua naturalis in alium translata ſecundum communiorem ſententiam Doctorum, licèt quidam doctores in hoc dubio diſtinctionem fecerint, ut longè diſputāt Moderni in dicta l.2. C.de iure emphitheo.in hoc

tamen

tamen omnes concordant dominum directi dominii non poſſe tutò, & cõſultè expellere emphitheotam propria auctoritate ſine licentia competentis Iudicis. & maximè quãdo emphitheota negat ſe cecidiſſe à iure ſuo, & per generalem negationem res dubia efficitur, ut plenè habetur per Doctores in l. 1. C. de procuratoribus. & tunc non poterit dominus ſibi ius dicere propria auctoritate, & ſic non poterit auctoritate ſua propria expellere emphitheotam. Quoniam hęc cognitio an ceciderit, uel non ceciderit à iure ſuo, ſpectat ad Iudicem competentem non ſuſpectum, & interreſſe non habentem, & non ad ipſum dominum, de cuius interreſſe, & cauſa tractatur, per dictam regulam Iuris, nè quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. tenet Speculator in titulo de locato, in §. nunc aliqua, uerſiculo 48. & per Ioannem Andreæ ibi in additione &c. & per Bal. in l. 2. C. de iure emphitheo. Et quia allegando plura ad materiam, faſtidirem legentes, ideò de iis paucis contentus pro nunc maneo.

41 Quæritur † ſi de iure pœna priuationis rei emphitheoticæ habeat locum in fœmina, & minore alienantibus, aut contrahentibus rem emphitheoticam non ſeruata forma ſtatutorum, requirentẽ præſentiam aut conſenſum propinquorum, & Iudicis. Dic quòd non, quoniam erit inualida talis alienatio, & cõtractus nullus, & inualidus ſecundum Baldum in l. 2. C. de Epiſcopali audientia. Nam ſtante dicto ſtatuto ſi in aliquo defecerit contractus in forma tradita à ſtatuto, contractus erit nullus, & non tenebit; nã paria ſunt non interuenire actum, uel interuenire mutilatum, manchum, & inualidum. habetur per Reuerendiſ. D. Cardinalem Zabarellam in clemen. fin. in 12. q. de elect. Et ſic pœnæ locus erit ſtatuti, hec obligatio naturalis oritur, nõ ſeruata forma ſtatuti requiſita à ſtatuto, uel à lege, ut tenet Paulus de Caſtrò poſt Bartolum in l. ſi non ſortem, ff. de conditio. indebiti. Et pœna ſtatuti contra opponentem aliquã exceptionem nõ habebit locum ſi ineptè, & nulliter oppoſita fuerit, tenet Baldus, & Alex. in l. 1. §. 1.

ff. quòd quiſque iuris, & in l. Aduerſus, ff. de iuriſdictio.
42 omni. Iudicum. Fuit † à me conſultum per Reueren. patrem Abbatem Sancti Vitalis de Rauenna ordinis Sancti Benedicti congregationis Caſſinenſis de inueſtitura rei emphitheoticæ illius, in cuius perſona eſt finitum ius emphitheoticum, ſiue linea eſt finita ipſius inueſtiti; quis renouari de iure prædicto debeat, ex quo eſt res ſolita dari in emphitheoſim laicis. Reſpondi proximiorem primò inueſtiti innouari debere per plures rationes, quas notat Alexander de Imola in l. 1. §. 1. & in l. Aduerſus, ff. de iuriſdictio. omni. iudic. Quoniam fieret iniuria proximiori ſi non inueſtiretur, tenet Bar. in l. 1. §. permittere, ff. de acquirenda poſſeſſione: cuius opinio ob eius æquitatem ſeruatur in practica.

43 Quæro † de caſu occurrenti, filius deceſſit ſine filiis, ſuperſtite matre, an ipſa mater uniuerſaliter ſuccedat filio ſuo defuncto in omnibus bonis. Dic quòd ſic, de iure communi per Tertulianum Senatuſconſultum, in l. Cū oportet, C. de bonis quę liberis; & etiam uigente ſtatuto, uel cōſuetudine locorum fœminas ſuccedere in bonis emphitheoticis, feudalibus, cenſualibus, & libellariis, ut de profanis, & ſeu burgenſaticis; & ipſas eſſe capaces huiuſmodi bonorum tenet Baldus in l. eam quam. C. de fideicōmiſſis.

44 Nec † obſtaret ſi allegaretur contra matrem exſtare ſubſtitutionem pupillarem factam dicto filio pupillo per patrem, & quàmdiù ſit locus cauſæ teſtati, locum habere non poteſt cauſa inteſtati, l. quàmdiù, ff. de acquiren. hęredi. Et datur cautela, ut mater opponat de inualiditate dicti teſtamenti, & ſeu ſubſtitutionis aſſertę, & per negationem ſit dubium: ita, quòd Iudex habet iudicare facto pro ceſſu, interim probata matris maternitate, probatur etiam eius ſucceſſio ab inteſtato, quòd debeat mater admitti tā quàm proximior ad luctuoſam hæreditatem filii. Et quantùm ad patris teſtamentum ſi fuerit dubium an ualeat &c. & ſuper inde pendeat iudicium uel appellatio, non debet nocere matri, quę eſt clara de iuribus ſuis. Propterea non

poterit

poterit contra matrem Eccleſia domina allegare ius tertii in caſu prædicto, nè matrem inueſtiat, ut proximiorem.

45 Et † quando opponitur de iure tertii, requiritur ſucceſsio, uel mandatum, aut ceſsio iurium uel actionum, l. ſi rem quam, ff. de euictio. cum ergo iura tertii non fuerint ceſſa prædictæ Eccleſiæ dominę ab aliquo qui ſuccedere intendit in dicta re aliquo iure teſtamēti, uel inteſtati, uel aliter quocūque uel alio iure aut titulo. Igitur fruſtatoriè agitur per Eccleſiam, allegando ius tertii, quod ſibi non competit, ut in dicta rubrica, C. res inter alios acta tertio non præiudicent: & ſi tertius pro intereſſe ſuo cōpeteret ſe inueſtiri, & dubium foret de iuribus ſuis, omnino mater eſſet inueſtienda pro claris iuribus ſuis ab Eccleſia domina in caſibus in quibus fœmina de iure eſt capax tenere rem emphitheoticam Eccleſiæ,

46 Quæro † de conductore quando poteſt expelli, & quā do non, habetur in l. ædem, C. locati. & per Specul. in titu. de locato, uerſiculo Item excipitur contra conductorē.

47 Et † quando penſio rei conductę ſolui debeat. Dic in finę anni, niſi aliter reſiſteret conſuetudo. glo. eſt in l. Defuncta, C. de uſufructu, & l. diuortio, & per Docto. ibi, ff. ſolu. matrimo. niſi aliter foret iu pactis. tenet Bar. in l. 2. C. de iure emphitheo. per illum tex. Vbi dicit, quòd ſi conductor defecerit in ſolutione etiā unius numi, & ſeu in uno numo, poterit expelli, prout emphitheota expellitur, qui ceſſando ſoluere in uno numo Canonem cadit à iure ſuo, ut ibi per Bal. & in authen. quæ res, C. de ſacroſanc. Eccleſiis, & in rubrica, C. de contrahe. emptio. & in dicta l. 2. & per tex. & glo. in l. Res bona fide, ff. eod. & in l. ædem, C locati, Aliud in emptore dicebat Bar. in l. 2. C. de iure emphitheo. qui lucratur fructus pro rata pretii ſoluti in l. fiſtulas, §. qui fundum, ff. de contrahen. emptio. & in l. fi. ff. de fundo dotali, & in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actionibus empti, & per Baldum in l. ſi traditio, ff. eodem titulo, &c.

LIBER VNDECIMVS
DE RE NAVALI.

ACTIONE *confeſſoria pro reſtituenda poſſeſſione qua ſi ſeruitutis an debeat aliquid fieri contra contumacem ex primo decreto ac ſecundo, numero.* 19.

Actio eſt popularis ne quid fiat in loco publico, nume. 44.

An liceat cuilibet ædificare in locis publicis, & fluminibus regalibus Principum, numero 44. 45.

Cautio eſt petenda ab illo, qui in loco publico ædificat, numero 13.

Cautio danda eſt quando timetur de damno futuro de re ad rem, nume. 20.

Cautione petita pendente ſi domus ruerit, quid habebit iudicare Iudex, numero 25.

Cauendum eſt de futuro damno, numero 29. 30.

Cautio damni infecti certa eſſe debet, & non conditionalis, numero 32.

Cauere debet ædificans quilibet in republica uel priuata, de qua habetur intereſſe alienam, numero 37.

Cauendum quando non ſit, numero 37. 42.

Contumax in non admittendo ponendum in poſſeſſione ex primo decreto, tenetur de damno infecto, numero 31.

Creditor poſſeſſor pignoratitius ſatiſdare tenetur de damno infecto, numero 18.

Creditor an poſſit rem aduocare non cauto de damno infecto, & quid de emptore, numero 48.

Damni infecti actio non datur illi, qui alio iure poteſt damnum ſibi reſarciri, numero 23.

Damnum occurſum poſt miſſionem, ad quos ſpectat, numero 28.

Dam-

Damno illato pluribus ex domo ruinoſa omnes agent contra poſſeſſores rei ruinoſæ,numero 50.

Decretum primum quid operetur inter plures miſſos ex eo in poſſeſſione, & quid de ſecundo decreto,numero 24.25.

Dominus pro ſeruo tenetur de damno infecto poſt immiſſum ex primo decreto,numero 28.

Domus an demoliri poſſit ex cauſa negociationis,numero 34.

Edificans in re aliena tenetur ſatiſdare, ſed ſi in ſuo repromittere tenetur ex ſtipulatione damni infecti,numero 40.

Filiusfamilias mercator, an quærat lucrum patri ſuo,numero 36.

Iuramentum calumniæ an requiratur in iudicio damni infecti, numero 11.

Iurat de calumnia,& ille qui petit in iudicio damni infecti alieno nomine,numero 12

Miſſio an detur ex primo decreto in locum dirrutæ domus, numero 29.30.

Negligentia nocet,& prodeſt diligentia in iudicio damni infecti, numero 27.28.

Ordinarium beneficium,& auxilium facit ceſſare extraordinarium, numero 21.

Poſſeſſor bonæfidei an teneatur ſatiſdare in hoc iudicio damni infecti. numero 17.21.

Poſſeſſor pro domo ruinoſa cauere tenetur de damno infecto, numero 49.

Poſſesſio relicta neceſſitate animo illam retinendi non perditur ipſo iure,numero 33.

Proprietarius tenetur cauere de damno infecto,numero 11.15.

Pro re ruinoſa exiſtente in peculio filij,an pater,& filius cauere teneatur,numero 35.

Procuratorum facto, tutorum, aut curatorum agi poſſet in hoc iudicio de damno inſecto, numero 28.

Stipulatio damni inſecti competit ei, cuius periculo res eſt, & in bonis, numero 22.

Stipulantes plures de damno inſecto an teneantur omnes promittere numero 38.

Stipulatio damni inſecti an locum habeat ſi res ſuo uitio damnum inferat, numero 39.

Stipulatio damni inſecti locum habet ad intereſſe, & ad expenſas, & ad lucrum ceſſans, numero 39. 43.

Stipulatio facta extra iudicium an conſtituet quem in mora, nu. 47.

Stipulatio an committatur pro communi pariete damnum inferente ſiue alicuius uitio, numero 46.

Superficiarius tenetur cauere de damno inſecto, numero 16.

Vitium ſoli, & operis habetur, numero 37.

Vitio rei agitur, & non caſu fortuito ad intereſſe, numero 39.

Via in publica an quis auctoritate ſua ædificare poſſit ſine damno uicinorum, numero 41. 43.

Vſufructuarius cauere tenetur de damno inſecto, numero. 11. 12. 16.

ARGVMENTVM.

De Temporibus aptis ad nauigandum.
De Damno infecto.

ANTE omnia ſunt conſideranda tē-
pora in re nauali, quibus tuto, & a-
ptiſſimè nauigatur, & in quibus du-
1 biè exercetur nauale exercitium in
Pelagus: & quo nam ſit tēpore per-
miſſa nauigatio, & quo prohibita ha
betur in l. Quoties, C. de naufragiis
libro 12. & Doctores ibi ſcriben-
2 tes; Permittitur † enim nauigatio à Calendis Aprilis
uſque ad calendas Octobris, & in reliquo tēpore anni pro
hibetur. eſt bona gloſa in l. 1. C. de militari ueſte, lib. duode
ci. & in l. Qui prætorio, ff. de rei uēdicatio. & tex. in l. Quo
ties, C. de naufragiis lib. 12.
3 Et † iis etiam attenditur conſuetudo aquarum, & lo-
corum qualitate, & natura: quidam firmant à ſexto Calē-
das Februarii uſque ad Calendas Octobris beneficio æſta
tis fœcundæ nauigari, habito tamen reſpectu ad ſydera, &
ad martiales uentos.
4 Aeſtiuo † uerò tempore uentorum mitigatur acerbi-
tas, in reliquo tempore dubia eſt nauigatio propter furen-
tes uentos, tempeſtates, & procellas aſſiduas, & interpola-
tas pluuias, & ferè continuas.
5 Et † utile conſilium eſt, ut æſtiuo duntaxat nauigetur
tempore, & quòd in plenilunio, & æquinoctio autumnali
Occidentalis maris cautè nauigetur: quia tunc creſcit flu-
ctibus, & in hiberno tēpore, ut reliqua maria, & nauigātes
ſe tunc uariis exponunt periculis, ut ille qui primò malā
habuit, & ſecundam duxit uxorem. Nam bis turbidum na-
uigat æquor, Qui ſemel nuptus bigamus eſſe querit. c. Nos

17.q.2.Bigamus enim hortari nō poteſt caſtitatem,c.vna, §.Bigamus,26.diſtin.& ob ſuſpitionem futuræ incontinētiæ ordinari ſine papali diſpenſatione non poteſt ad ordines ſacros,c.Propoſuiſti,octuageſ.ſecun. diſtin.& diuino iure improbatur bigamia,ut aliàs dixi in Defenſorio Apoſtolicæ Sedis, propter defectum ſacramenti, & ordinum prærogatiuam,ut in gloſa capituli primi,26.diſtin.

6 Quidam † dicunt domos,& diuitias nobis dari à parētibus ,uirtutem autem,& uxorem bonā uel malam à Deo. Ego autem firmo ſecundum Apoſtolum Iacobum, Omnia bona à Deo uenire luminum:& quippè in re nauali ſunt, ut aliàs dixi,conſiderandæ cœleſtes cauſæ, quas ad plenū humana conditio cognoſcere non poteſt.

7 Occurrit † caſus,nauiculam quandam cuiuſdam nautæ Epyrotæ impulſam fuiſſe ab aqua fluminis Verueccis nūcupati in territorio Rauēnæ,in agro Eccleſiæ beatæ Agnetis uirginis,& martyris in ſiccum relictam,& extrahere illam nitebatur nauta.ego conſultus de caſu reſponſum dedi id fieri per ipſum nautam de iure non poſſe niſi prius caueret de damno infecto, & etiam de inferendo Eccleſiæ per tex. in l. Ratis,ff.de incend.rui.naufra.& ita fuit iudicatum ſecundum reſponſum meum, & ratio fuit: quia ſi nauis aliqua fuerit aſportata ui fluminis in alienum fundum,non poteſt quis tollere eam, niſi cauerit de damno illato,& inferendo,l.hoc amplius,§.1.& per Doctores ibi,ff.

8 de damno infecto. Quid † ſi dubitetur de damno, & ruina inferendis ob ruinoſam domum,uel ipſius partem; cautio damni infecti petenda eſt,Præſide ſeu prætore ſedēte pro tribunali,Damnum.n.infectum eſt damnum nundùm factum, ſed quod futurum ueretur, l. Damnum, & l. Dies, ff. de damno infecto. Et locum habet hoc edictum de damno infecto in ædibus, & operibus uitioſis

9 in quouis loco ſitis. Et † datur hæredi, & contra hæredem hæc actio in factum ad intereſſe, & eſt perpetua, ut in §. Hæc autem dictæ legis, & contra unum non cauentem,ex pluribus fit miſſio in poſſeſſionem.

Et

10 Et † ſi plures petierint mitti omnes ex primo decreto in poſſeſſione admittuntur ęqualiter, & niſi prius denun cietur ad domum inquilini, aut procuratoris, non fit miſ-ſio contra abſentem, & nullo habitante libellus affigetur domibus. Et ante petitam cautionem ſecuto damno non tenetur dominus ſi omnia quæ iacent pro derelicto habet.
11 Quæro † ſi tam proprietario, quàm uſufructuario ca-ueri debeat de damno infecto. Dic quod ſic, quia utriuſ-que intereſt, nec in plus tenetur, quàm ſi cauiſſet ſoli pro-prietario habenti proprietatem, & uſumfructum, l. Dies, §. Prætor, & l. Prętoris, & l. ſi proprietarius, ff. de damno infe cto. Quod datur contra non admittentem, & contuma-cem, delato petenti iuramentum calumniæ, qui etiam tenetur iurare in alia inſtantia de calumnia, finita prima inſtantia.
12 Et † ille quoque, qui petit alieno nomine caueri tene tur, & iurare de calumnia in hoc iudicio, ſi mandatum ad hoc ſpeciale habuerit, aliàs repelletur à limine Iudicii, & ab inſtantia, niſi ille cuius nomine peteret iurare non de-beret de iure, uel ipſius iuris priuilegio clauſo in corpore
13 iuris. Et † de opere quoque, quod eſt in loco publico etiam peti poteſt cautio, & contra renuentem cauere con tumacem de damno infecto, ut in dictis iuribus.
14 Et † poſtquàm miſſus eſt in poſſeſſionem ex ſecundo decreto petens cautionem de damno infecto, cum inter-uallo mittitur in poſſeſſionem rei ruinoſę cum effectu, & illis contra quos non cauentes, quorum rei iam eſt facta immiſſio in poſſeſſionē rei ruinoſæ hæc cautio nō pręſta-
15 tur. Quid † de ſuperficiario, an teneatur ſatiſdare de damno infecto. Dic quòd ſic, quoniam ſua intereſt, & do-minus promittere, & proprietarius repromittere tantùm de toto damno, licèt alius habeat uſumfructum &c.
16 Vſufructuarius † quoque tenetur cauere de toto dam no infecto tam pro iure ſuo, quàm pro iure proprietarii, & eius procuratorio nomine: & ſi proprietarius nō repromit tat, uel uſufructuarius nō caueat, mittatur ī poſſeſſionem

petens illam, ſin autem non cauerit uſufructuarius proprietario qui repromiſit, repellitur ab uſufructu, & ſi uſufructuarius aliquid præſtiterit pro uitio rei, proprietarius tenetur ei conferre, aliàs res remanebit apud fructuarium iure dominii, l. hoc amplius cum ſequenti, & præcedentibus, ff. de damno infecto.

17 Quid † de poſſeſſore bonæ fidei an ipſe ſatiſdet, Dic non teneri ad ſatiſdandum, l. Qui bona fide, ff. de damno infecto. &c.

18 Cogitur † etiam ſatiſdare creditor poſſeſſor pignoraticius, & ei quoque caueri debet de damno infecto, & iuſſus poſſidere propter non petitam cautionem potior eſt pignoratitio creditore, l. Quid, cũ ſequẽ. l. ff. de dã. infec.

19 Et † quando agitur confeſſoria ſi pro reſtituenda quaſi poſſesſione ſeruitutis debeat aliquid fieri contra contumacem ex primo decreto. Dic quòd ſic, quia fit miſſio in loco ſeruiente ſeu obligato ſeruire ex ſecundo decreto, & ſtandum eſt per certum tẽpus Iudicis arbitrio infra, quod agatur, l. à quo fundus, ff. de damno infecto.

20 Cautio † damni infecti petitur quando timetur de re ad rem, & non de re ad perſonam, l. Qui bona fide, ff. de dã no infecto, & illi non præſtatur cautio cui imputari poteſt culpa ædificii iam conſtructi.

21 Et † propter ordinarium auxilium ceſſat extraordinarium, niſi per extraordinarium eſſet plenius conſultum, & cautum, & petunt uſufructuarius, & ſuperficiarius ſibi caueri à domino, ſed cautionem huiuſmodi non petit bonę fidei poſſeſſor à domino, ſed ab alio.

22 Et † competit ſtipulatio hæc damni infecti nõ tãtum ei, cuius bonis res eſt, ſed etiam ei cuius periculo res eſt, l.

23 damni infecti, ff. de damno infecto. Et † quidem pro regula tenendum memoriæ, quòd actio damni infecti nũquàm præſtatur ſi alia uia damnum reſarciri poteſt, l. ſi ędibus meis, ff. de damno infecto, & beneficium ordinarium facit ceſſare extraordinarium.

24 Et † ſi plures ex primo decreto, ſiue ſimul, ſiue ſeparatim

tim fuerint immiſſi in poſſesſionem ex dicto primo decreto, omnes erunt pares in iure, nec unquàm præſcribent, niſi poſt interpoſitionem ſecundi decreti. Sed ſi unus peruenerit in ſecundo decreto poſt primum decretum, interueniente temporis interuallo, in locum domini habebitur, & præſcribet, l. ſi finita, ff. de damno infecto.

25 Et † ratione partis ruinoſæ domus contiguæ parti ſubſtantiali utriuſque poſſesſionem petẽs mittatur in ea, ut in dicta l. ſi finita, & per misſionem primi decreti non compellitur quis in hoc iudicio diſcedere de poſſesſione, & prior poſſeſſor ex cauſa ſecundi decreti de poſſesſione deiicitur ex cauſa damni infecti, & contra non latitãtem proceditur ad ſecundum decretum, ſibi iure ſaluo reſtitutionis in integrũ: & poſſesſio illius rei ruinoſæ contumacis habentis utile dominium ex ſecundo decreto transfertur, & non directum, niſi contra dominum directi posſidẽtem directum foret expertum. & pendente cautione petita ſi domus ruerit, iudicabit Iudex dominum domus dirutæ teneri de damno infecto contra non cauentem in præterito.

26 Et † hoc iudicio damni infecti an procedatur contra pupillum, ut ſit contra maiorem. Dic quòd ſic, ſed ipſis ſuccurritur ex cauſa abſentiæ, aut ætatis reſtitutione in integrum, & miſſus ex primo decreto non tenetur rem reficere, licèt habeat pignus prætorium, ſecus in conuentionali pignore, l. ſi finita, ff. de damno infecto. Vbi habetur negligentiam miſsi, & mittendi in poſſesſionem ſibi nocere, & diligentiam prodeſſe in hoc iudicio, & contra eum qui nõ admittit miſſum ex primo decreto, ſecuto poſtea damno, datur actio in factum, ſed non datur antequàm ſit ſecu-

27 tum damnum. Et † ſi moram purgauerit antequàm detur, cauendo, uel cedendo poſſesſionem, etiam ſi poſtea detur, agi non poterit ex facto procuratorum, tutorumve, & adminiſtratorũ, datur hæc actio in ipſos, & in hæredes.

28 Ex † facto ſerui tenetur dominus actione noxali, & in l. ſi quis miſſum, ff. de damno infecto. & ſi damnum con

tingerit poſt miſsionem factā ex primo decreto, an teneatur miſſus dimittere tenutam. Dic quòd non, niſi etiam de tali damno petens cauerit, & de expenſis factis in refectione, & dicitur damnum eueniſſe poſt miſsionem, ut debeat emendari etiam ſi euenit poſt iuſſum de mittendo, & ante realem miſsionem, dummodo in ea diligens, & non negligens fuerit. Nam ille qui poſt decretum de mittendo in poſſesſionem ex primo decreto negligens fuerit facere ſe mitti in poſſesſionem, ſi interim domus ruat, perdit ius, quod ſibi ex illo decreto quęſitum prius erat, ſecus ſi non neglexerit, ut in dicta l. ſi finita, ff. de damno infecto.

29 Quid † ſi poſt iuſſum de mittendo in poſſesſionem ex primo decreto, & antequàm realis poſſesſio capiatur ex primo decreto ruat domus, an miſsio fieri poſsit in ipſam ruinam. Dic quòd ſic, ut in dicta l. ſi finita, in §. ſi iā fuerit.

30 Nec † miſſus tenetur dimittere niſi primò emēdetur ſibi damnum præteritum, & de futuro damno caueatur, & refundantur expenſæ factæ in refectione, pro quibus etiā dabitur actio in factum ſi fuerint rationabiles, & factæ per

31 eum, uel alium eius nomine. Et † contra eum, qui non admiſit miſſum ex primo decreto, ſecuto poſtea damno, dabitur actio prędicta in factum, quæ uti non poterit damno non ſecuto. Sed ſi purgauerit moram antequàm detur, cauendo uel cedendo poſſesſioni, ut dictum eſt, agi non poterit, ut in §. fin. dictę famoſæ legis ſi finita, ff. de damno in

32 fecto. Et † ſtipulatio, ſeu cautio de dāno infecto quo ad ſatiſdationem, ſeu repromisſionem debet eſſe certa, &

33 non conditionalis. Et † ſi quis neceſsitate ductus de poſſesſione receſſerit an perdat beneficium prætoris, quęritur. Dic quòd non, ſi animo retinendi, & non deſerendi eam fecerit, ut in dicta l. ſi finita, §. ſi quis, ff. de damno in

34 fecto. Quæro † de caſu occurrenti ſi domus demoliri poteſt ex cauſa priuatæ negociationis. Dic quòd nō, ſecus ſi ex cauſa publica, quia tunc demoliri de iure poterit, utputa concedendi ad opus publicū, l. fin. ff. de dāno infecto.

35 Quęritur † de filiofamilias inquilino, an ipſi teneatur

&

& patri cauere pro periculo rerum peculiarium. Dic quòd ſic, ſed pro periculo ædium ſoli filio cauebitur, ſi actum eſt, ut ad eum ſolum ſpectet periculum, l. ſi filiusfamilias, ff. de damno infecto.

36 Quæro † de filiofamilias, qui negociauit in mercibus & fuit lucratus multùm, An id lucrum dicatur aduenticiũ & debeatur uſusfructus patri, Dic quòd ſic, per notata per Bar. & Bal. in l. Cum oportet, C. de boniſque liberis, & per Bal. in l. fori, ff. de aduocatis diuerſorum Iudi. & in Addi-

37 tione ad Specul. in titulo de Actore. De † uitio autẽ ſoli, & de uitio operis habetur in l. fluminum, ff. de damno infecto. & quilibet pro opere ſatiſdare tenetur, quod fit in publico ad priuatorum utilitatem, ſcilicet pro uitio talis operis. De eo uerò, quod fit ad publicam utilitatem nõ ſatiſdatur, ſed Iudex competens adiri poteſt pro indemnitate, ut in dicta l. fluminum, ff. de damno infecto.

38 Quid † ſi plures ſtipulentur de damno infecto, tenentur ſimpliciter illi qui fuerunt ſtipulati, & ſi plures promiſerint tenentur, & debent omnes pro parte promittere, l. plures, ff. de damno infecto.

39 Stipulatio † damni infecti locum habet quando res ſuo uitio damnum dat, ſecus ſi aliqua ui exteriori res illa deiecta damnum dederit, continetque intereſſe, & expenſas factas in fulciendo, & lucrum ceſſans propter emigrationem Inquilinorum, iuſto metu interueniente ruinæ futuræ ædificii caſuri, ubi degebant, l. In hanc ſtipulationem ff. de damno infecto, ex damno contingente, non uitio rei, ſed caſu fortuito non agitur iſta ſtipulatione, ut in l. Damni infecti, la ſecunda, ff. de damno infecto.

40 Et † eſt notandum in hoc iudicio dãni infecti, quòd ille qui ædificat in alieno tenetur ſatiſdare ex hac ſtipulatione, ſed ſi in ſuo repromittere habet & ſe, l. Damni, & l. Prætor, ff. de damno infecto.

41 Et † ille qui munit uiam publicam auctoritate propria facere poteſt ſine damno uicinorum.

42 Et † ſi controuerſia inſurgat in ipſum, ſatiſdare tene-

Ee 2 tur,

tur, ſecus ſi ad publicam, l. Qui uias, ff. de damno infecto.

43 Stipulatio † damni infecti ſtipulatur pluribus, & ad plurium intereſſe cōmittitur, & uia eſt per commune reficienda ſi publica erit, & quilibet ante ſuam domum apta re tenetur in ciuitate, l. ædiles, ff. de loco publi.

44 An † licitum ſit priuato ædificare in loco publico, ut in uia, & plateis publicis, & fluminibus, quæ ſunt regalia Principum. Dic non licere, l. 2. ff. ne quid in loco publico fiat, & cuilibet cōpetit ius prohibendi nè quid fiat in loco publico, uel ædificetur per dictam legem cum gloſa ibi, & in l. In prouinciali, & Doctores ibi, ff. de noui operis nū

45 ciatione. Commune † Forliuii conceſſit licentiam ædificandi in uia publica cuidam ſuo ciui, & mota fuit lis dicto ædificanti per fiſcum Apoſtolicum, aſſerentem commune Forliuii non potuiſſe talem licentiam concedere, & pœnam edicti &c. petebat fiſcus ab ędificantę: fuit mihi tranſmiſſus proceſſus in Rauenna, ut pro iuſtitia conſulerem. Conſului fore diſtinguendum, An concedens recognoſcat ſuperiorem, uel nè, & proculdubio non eſt quin Ciuitas Forliuii recognoſcat ſuperiorem Eccleſiam Romanam, & ipſius ſanctam ſedem Apoſtolicam, & Apoſtolicum ipſius Romanum Pontificem, prout tota Romandiola cum Exarchatu Rauennæ mediate, & immediate cognoſcit. Proptereà ſi Commune Forliuii priuilegium ſpeciale non habuerit concedendi licentiam ædificandi in locis publicis de regalibus Principis, talem licentiam concedęre non potuit, l. 2. ff. ne quid in loco publico, & ibi per Doctores, & l. Prohibere, §. Planè, ff. quod ui aut clam. Nam, ut dixi, uiæ publicæ ſunt de regalibus Principum, ut in titulo quæ ſint regalia ibi, uiæ publico uſui deſtinatæ, & non sūt in commertio noſtro, l. ſed & Celſus in princ. ff. de contrahen. emptio. Sed ſi ſuperiorem non recognoſceret, ualeret licentia talis: ad prædicta facit gloſa in l. Continuus, §. cum quis, ff. de uerbor. ſignificatio. & l. Apud Iulianum, §. finali, ff. de leg. 1. & in c. 1. in uſibus feudorum, quę ſint regalia &c.

Quæro

46 Quęro † de caſu,communis paries ſine alicuius uitio damnum infert,An committatur ſtipulatio. Dic quòd nõ, Idem ſi unius culpa committeretur,ſecus ſi culpa commu ni utriuſque,l.ex damno,ff.de damno infect.

47 An † ſtipulatio extra iudicium facta conſtituat quem in mora. Dic quòd non,uidelicet illum,qui per Iudicis of ficium poteſt conueniri,& ab eo qui eſt miſſus in poſſesſio nem ex ſecundo decreto.

48 Creditor † non poteſt rem aduocare niſi refectis expẽ ſis,& cauto de damno infecto : ſecus ſi ab emptore auoca uerit,l.Cum poſtulaſſem,ff.de damno infecto &c.

49 Caſus † occurrit,quòd duo uel plures contendunt de dominio ruinoſę domus,ad quem ſpectabit onus cauẽdi & cautandi. Dic quòd ſpectabit ad poſſeſſorem,Qui ſi ali quid pręſtiterit ex cautione, poſteà ſuccũbet in quęſtione dominii repetet à uero domino,& ſi detractat cauere poſ ſesſio eius tranfertur in petentem cautionem,l.inter,ff.de damno infecto.

50 Et † ſi plures receperint damnum ex ruina, quilibet pro parte ſua aget,& ſi contra plures agitur, quilibet pro parte ſua conuenitur:& licèt plures prætendant intereſſe inęquale,ſi tamen eis non cauetur ęqualiter mitti debent in poſſesſionem &c.ut in dicta,l.inter,ff.de dãno infecto.

LIBER

LIBER DVODECIMVS
DE RE NAVALI

ABSTINENTIAE uirtus,& effectus qualis ſit, numero 1.2.3.
Andreæ Gritti tempore Ducis ſeptuageſinoni, qualiter rectum fuit optimè Imperium Venetum tanti prudentia Ducis,numero 108.
Apparitio Sanctorum Marci, Georgij,& Nicolai quò tempore fuerit, & ſub quo Principe,numero 84.
Appellari an poſſit à ſententia arbitri iuris,& arbitratoris,n.145.
Apparitio beati Marci tempore Vitalis Faletri,numero 63.& 84.
Alexander Papa Tertius quo tempore fugerit ſecretò Venetias timore Federici Barbæ rubeæ Imperatoris, numero 70.
Alexander Epyrota dictus Scanderbech moritur,numerò 99.
Arbitratorum ſententijs an ſit parendum,numero 144.
Arbitratorum ſententijs an appelletur, numero 145.
Aſſecurationis pactum factum pro naue an teneat, & pro mercibus, & de pecunia traiectitia,numero 125.126.
Auguſtus qua arte ſuperauerit nauali bello Marcum Antonium, & Sextum Pompeum,numero 14
Aurei Veneti ſub quo Principe fuerunt primò cuneati,numero 79.
Auditores Noui,& Veteres quo tempore fuerunt creati Venetijs, & ſub quo Principe,numero 85.

Balduinus Rex Argolicus perijt tempore Henrici Ducis Venetiarum quadrageſimitertij, numero 72.
Bellum quo tempore fuerit ortum inter Venetos,& Patriarchã Aquilegiæ,numero 79.
Bella quamplura orta,& facta fuerunt inter Venetos, & Turcos expugnato Naupacto tempore Petri Mocenici Ducis ſeptuageſimi ſecundi,

cundi,numero 101.

Bella in quibus fuit uariè pugnatum per Venetos apud Liſoncium, & Tiliauẽtum contra Turcos, tempore Andreæ Vendramini Ducis ſeptuageſimi tertii, numero 102.

Bellum nauale expertum fuit per Venetos contra Turcos tempore Antonij Grimani Ducis ſeptuageſimi octaui, numero 107.

Bellum quo tẽpore uiguerit inter Venetos,& illos de Cararia dominos Padua,numero 91.

Bellum quo tempore fuerit ortum inter Hunnos,Vngaros,& Venetos, numero 91.

*Bellum quo tempore uiguerit inter Venetos,& Auſtriæ Ducem,n.*1.

Bellum qualiter fuerit dubium,& dubiè pugnatum inter Venetos, & Lygures in Gracia, rupto Argolico Imperatore, numero 91.

Bellum qualiter ſe habuerit inter Venetos,& Ianuenſes apud Cludiũ numero 91.

Bellum quo tempore fuerit inter Venetos, & illos de Scala Dominos Verona,numero 93.

Bellum uiguit inter Venetos,& Ducem Mediolani, facto fœdere cum Florentinis,& Venetis tempore Franciſci Foſcari Ducis ſexageſimi ſeptimi,numero 96.

Bellum uiguit inter Imperatorem Græcum,& Imperatorem Alemannum tempore Vitalis Michaelis Ducis quadrageſimi,numero 69.

Borſus Dux primus Ferrariæ,quo tempore moritur,numero 99.

Cabrias Dux Atticus qualiter ſuos milites animauerit ob fulgur attonitos,quod cecidit propè ſuam nauim,numero 7.

Campanile Diui Marci quo tempore factum fuerit,numero 68.

Cato qua arte ſuperauerit Aetholios,qui erant uictores in bello nauali,numero 15.

Capita Decem Magiſtratus Veneti,creati fuerunt tempore Vitalis Michaelis Ducis Quadrageſimi,nnmero 69.

Cæſar qualiter mœſtos milites ſuos animauerit,num. 5.

Cæſar qualiter ſuis occurrit in periculo,& ſuperauerit hoſtes,nu. 20.

Cæſar qualiter ultra Occeanum ſuperauerit populos ſua uirtute cum armis,numero 21.

Cæſar qualiter pugnauerit contra Venetos tunc terram ad Occeanum Galli-

Gallicum incolentes, & illos fugauerit nauali prelio unà cum ſuis confœderatis, numero 21.

Cyprum acquiritur Imperio Veneto tempore Nicolai Throni Ducis ſeptuageſimi; quo tempore deceſſit Scanderbech, & Borſus Eſtenſis Dux Primus Ferrariæ, numero 99.

Cluentius conſul Romanorum ſuperatus à Pœnis nauali bello, qua arte permanſerit uictor, numero 16.

Comes Carmignolæ Capitaneus Venetorum Generalis in terra qualiter decapitatur Venetijs, numero 96.

Contractus factus inter patrem, & filium: uel matrem, & filiam an teneat, numero 129.

Conductor equi, ſi moritur equus an teneatur de morte equi locatori, numero 120. 121.

Corpus beati Rocchi quo tempore fuerit portatum Venetijs, num. 86.

Corpus ſancti Marci Euangeliſtæ quo tempore portatum fuerit Venetijs, numero 41.

Chriſtiani qualiter odio, & fraude Saladini Imperatoris Argolici perdiderunt Hieruſalem, numero 71.

Chreta acquiritur Imperio Veneto tempore Petri Ciani quadrageſimi quarti Ducis Venetæ Vrbis. Hic Princeps ſe ſponte priuauit Ducali dignitate, ſubiugatis Patritijs, & Ianuenſibus, numero 73.

Chreta rebellatur à Venetis Ianuenſium auxilio ſub Iacobo Teupulo Venetorum Principe, ruptis Ianuenſibus in mari, Duce quadrageſimoquinto, numero 74.

Cruciata congregata fuit contra infideles tempore Nicolai Papæ, qui deceſſit Anchonæ tempore Chriſtophori Mauri Veneti Ducis ſexageſimi noni, Venetis tunc Tergeſtum obſidentibus, Turco uicto apud Hyſtmum, numero 98.

Debitor pro mora an teneatur non ſoluti debiti debito tempore, n. 133

Debitor per Iudicem condemnatus an incidat in pœnam ſi non ſoluerit, numero 134.

Deiectis, & profuſis in nauim an teneatur prepoſitus nauis, n. 112.

Debitoris an ſit periculum in pecunia traiectitia, numero 124.

Pro debitore fiſci, uel alterius an teneatur ille qui fecit fugere debitorem ad debitum, numero 132.

Domus eſt tutiſsimum refugium pro debitoribus, numero 115.

Dominici Moreſini Ducis Vigeſimi noni tempore, facta fuit Pax cum Siculis, & Hyſtria tributaria Venetis, & Campanile Diui Marci in pletea Venetiarum conſtruitur, nume. 68.

Debitor an ſit tutus in domo ſua, nume. 114.

Dux Auſtriæ iuit Venetias tempore Laurentij Celſi Ducis Sexageſimi Venetiarum, num. 89.

Dux Auſtriæ nepos Regis Frãciæ iuit Venetias tempore Antonij Venerij ſexageſimi quarti Ducis, numero 93.

Duces claſsium, & bellorum naualium qualiter eſſe debeant, n. 1. 2. 3

Dux Auſtriæ tempore Franciſci Foſcari Sexageſimi ſeptimi Ducis Venetiarum, iuit Venetias ad uidendum fatalem ciuitatem, nu. 96.

Ducum nomina, & geſta Venetorum, nu. 28. uſque ad numerũ 109.

Eccleſia Sancti Antonij Venetijs quo tempore fuit conſtructa, nu. 85.

Edictum Nautæ, Caupones, Stabularij cuius ſit effectus, nume. 117.

Eugenius Papa Venetus fuit de Domo Coldomeria, tempore Frãciſci Foſcari Sexageſimi ſeptimi Ducis, quo tempore contra Ianuẽſes victores fuerunt Veneti, num. 96.

Eutides Dux Lacedemoniorum qua fictione uno die in terra, & aqua uicerit hoſtes ſuos, nu. 18.

Exercitor pecuniæ traiectitiæ an teneatur ultra ſortem, num. 127

Fœnus nauticum habetur, num. 123.

Federicus Imperator cum uxore venit Venetias tempore Franciſci Foſcari Ducis Sexageſimi ſeptimi Venetiarum, num. 96.

Filius familias an poſsit contrahere, & in iudicio ſtare ſine patris licentia, num. 137. & 122.

Frãciſcus Dandalus Dux Quinquageſimus quartus Venetiarum, facto fœdere cum Rege Boemiæ, et Florentinis; Maſtinũ, et alios dominos de Scala dominos Veronæ ſuperauit, nu. 84.

Fructus nauis poſſeſſæ à malefidei poſſeſſore an ueniant reſtituendi, (n. 113.

Furtis nauticis in nauibus factis an agatur de furto, uel edicto nautæ, caupones, ſtabularij, num. 117.

Gabella an ſolui debeat pro contractu facto inter patrẽ, & filium, &

ſeu inter matrem & filium, ſtante ſtatuto ſolui gabellã pro omni contractu, numero 129.

Haraclea Ciuitas ab Hercule dicta, numero 28.

Iacobus Cõtarenus Dux Venetus Quadrageſimus nonus ſe ſponte priuauit dignitate, fuit ſub hoc Principe bellatum contra Hyſtros, & Anchonitanos, numero 78.

Ianuenſium uictoria qualiter fuerit ſanguinolenta contra Venetos tempore Petri Gradenici Quinquageſimi primi Ducis Venetorũ, ſub quo Duce extinta fuit coniuratio populi Veneti, numero 80.

Ianuenſium fœdus fuit initum cum Duce Mediolani contra Venetos tempore Andreæ Dandali Quinquageſimi ſexti Ducis, nu. 85.

Ianuenſium uictoria contra Claſſem Venetam tempore Marini Faletri Quinquageſimi ſeptimi Ducis, numero 86.

Ieiunũ quantũ ſit uirtuoſum, & ſalutiferum animæ, & corpori, n. 2.

Illata, & inuecta in domo an ſint hippothecata pro affictu domus, numero 116.

Illata, & inuecta in nauim an ſint hipothecata pro naulo nauis, ut de rebus portatis in domo locata pro mercede domus, nume. 116.

Impeditus tempeſtate an excuſetur ab obligatione termini accepti, numero 119.

Impreſtita quæ fiunt in dies Venetijs an ſint licita, & non uſuraria, (num. 111.

Impreſſio librorum reperta fuit tempore Paſchalis Malipetri Ducis Quinquageſimi octaui, & facta fuit lex, quòd nullus Princeps Venetiarum creari poſſit uiuente alio Principe, numero 97.

Ioannes Suprantius Venetus Dux Quinquageſimus tertius accreuit numerũ Procuratorum. ſub hoc Principe fuit ciuitas Veneta interdicta per Clementẽ Septimũ propter detentionem Ferrariæ, n. 80.

Iulius Secundus Pontifex ter Maximus tempore Leonardi Lauredani Ducis Septuageſimi ſexti, interdixit Venetias ob occupationem partis ſtatus Eccleſiæ: & rupti Veneti fuerunt in Giaradada, reſtituta Eccleſia in ſuo ſtatu prius per Venetos occupato in Romandiola, numero 106.

Iuſtiniana domus Nobiliſſima pro patria bello perijt, ut Fabij, & fuit inſtaurata ab uno ex ſuis tẽpore Vitalis Michaelis Ducis Quadrageſimi, numero 69.

Liceat

Licentia extrahendi merces data mercatoribus per Publicanum, per quot dies durabit, numero 130.
Lygurum Victoria qualis fuerit ſanguinolenta apud Boſſorum contra Venetos in mari habita, numero 85.
Lyſimacus qua fraude occupauerit Epheſum, numero 9.
Lucrum an patri quæratur quæſitum per filium ex dotibus ſuis. numero 136.

Magiſtratus Capitum Decem quo tempore factum fuerit, num. 69.
Magiſtratus Iudicum Petitionum tẽpore Iacobi Tepoli Ducis Quadrageſimi quinti creatur Venetijs, numero 74.
Marinus Georgius Dux Quinquageſimus ſecũdus, qualiter ſumptibus ſuis conſtruxerit templum Diui Marci Venetijs, numero 81.
Marinus Faletrius Dux Quinquageſimus ſeptimus decapitatur à populo libero Venetiarum propter coniurationem, numero 86.
Marchiones Mantuæ, & Ferrariæ qualiter iuerint Venetias tempore Antonij Venerij Ducis Sexageſimi quarti, numero 93.
Marinus Moreſinus qualiter reſtituerit Byzantium bello quæſitum per Venetos Imperatori Argolico, numero 75.
Marchiones Ferrariæ, & Montis ferrati qualiter iuerint Venetias ad uidendum Ciuitatem populi liberi, tempore Thomæ Mucenici Ducis Sexageſimi ſexti, numero 96.
Maximilianus de Auſtria domo inclytus Imperator eligitur Imperator bello pacato tẽpre Marci Barbarici Septuageſimi quinti Ducis Venetiarum, numero 104.
Mercator qui nauem conduxit, an teneatur ſoluere naulum pro capacitate nauis, uel pro mercibus in nauem portatis, numero 111.
Mulier an ſequatur forum uiri, numero 140.
Mulier an carcerari poſſit pro debito ciuili, numero 147.

Nauta ſuſcipiens in ſe periculum, an intelligitur ſuſcepiſſe periculum fortunæ, numero 125.
Naulum an ſit ſoluendum pro capacitate ipſius, numero eodem.
Nauis an ſit tutiſſimum refugium pro debitoribus, quòd ibi non capiantur, prout in domo, numero 114.
Nautica uſura habetur, numero 124.

Nauta qui tuto potuit nauigare per aquas mortuas, ſi nauigauit in mari, & fregerit nauim, an teneatur ſatisfacere dominus mercium deperditarum in naufragio, n. 118.

Nauta an teneatur de caſibus, in quibus prudentia hominis reſiſtere non poſſit, num. 119.

Nomen Chriſtianum quo tempore fuit deperditum in Syria, amiſſa Ptolomaida, nu. 79.

Nomina Tribunorum omnium, & Ducum Venetorum ab urbe Veneta condita uſque ad Ducem de praſenti uiuentem Petrum Landum deſcripta ſunt cum eorum geſtis, & uita à numero 29. uſque ad numerum 109.

Obligatio perempta principali, an pereat hipothecaria, num. 128.

Octauianus Auguſtus qualiter Lepidum, Antonium, Cleopatram, & Pompei filium ſuperauerit nauali bello, num. 14.

Officium Imperatoris eſt claſsis tollere mæſtitiam ſuorum degentium in claſſe, nume. 8.

Pactum an ualeat de capiēdo poſſeſsionem auctoritate propria, n. 142.

Pactum de retrouendendo an noceat uicino in iure congrui, nu. 143.

Pax fuit inita inter Venetos & Ianuenſes; & bellum uiguit inter Venetos & Vngaros tempore Ioannis Gradenici Ducis Quinquageſimi octaui, num. 87.

Padua capitur cum Domino ſuo per Venetos tempore Michaelis Sten Ducis Venetiarum Sexageſimi quinti, nu. 94.

Palatium Diui Marci perficitur tempore Auguſtini Barbadici Ducis Septuageſimi ſexti, nume. 105.

Pater an teneatur pro filio negociāte ad debita facta per ipsū, n. 122.

Pœna pecuniæ traiectitiæ an peti poſſit, num. 126.

Pœni ſuperati à Romanis in bello nauali, qua arte euaſerūt, deceptis uictoribus, nu. 17.

Petrus Polanus Dux Trigeſimus octauus Siculos uicit naualli bello cum claſſe ſua, num. 67.

Pericles Dux Athenienſium qua arte occupauerit ciuitatem mari ia Pipcentem, num. 12.

pus Dux Vngariæ qualiter occiditur de mandato Regis Vngariæ, quo-

quoniam Zarram uendiderat Venetis tempore Michaelis Sten Ducis Sexageſimi quinti,num.94.

Piſani rumpuntur à Venetis Gallorum auxilio,tempore Henrici Dandali Venetorum Ducis Quadrageſimi tertij, n.72.

Publicanus ſi rem occultauerit nè uectigal ſoluatur an teneatur conſocijs,numero 131.

Peſtis magna fuit Venetijs tempore Andreæ Dădali Ducis Quinquageſimi ſexti, & poſtquàm glorioſum corpus Sancti Rocchi ductū fuit Venetijs non uiguit in dicta ciuitate peſtis,gratia omnipotentis Dei, nume.85.

Principum Venetorum nomina,& geſta,num.28.& 109.

Præpoſiti nauis an teneantur pro deiectis,& fuſis in nauim,nu.112.

Pugnà quando eſt dubia, eſt ualde inſpicienda, ut victoria ſequatur. numero 85.

Rex Pănoniæ habuit Zarram effectam rebellem Venetis tempore Andreæ Dandali Ducis Quinquageſimi ſexti Venetæ vrbis, nu.85.

Rex Cypri tempore Laurentij Celſi Ducis Sexageſimi uenit Venetias, numero. 89.

Rebellio Cretæ orta eſt ſub Laurentio Celſo Duce Sexageſimo Venetæ vrbis,& extincta fuit tempore Marci Cornelij Ducis Sexageſimi primi,numero 90.

Roma qualiter habuerit initium à bellis,num.27

Satrapa Dux Pœnorum pulſus à Caſare in ſcopulos,qua arte euaſerit cum claſſe ſua decepto Caſare, nume.13.

Scipio Aphricanus ſuorum animos mæſtos qualiter reconciliauerit numero 34.

Sebaſtiani Ciani tempore Ducis Quadrageſimi primi erectæ fuerunt illæ duæ columnæ magnæ in platea Venetiarum,numero 70.

Scutharum perditur per Venetos,& coniuratio fit Florētia cōtra Medicos tempore Ioannis Mocenici Septuageſimi quarti Ducis,n.103.

Sententia ordinarij an fieri poſſit de nocte,numero 146.

Sigiſmundi Imperatoris rumpitur exercitus in Hetruria à Florentinis,& à Venetis inſimul confœderatis, nu. 96.

Sycio qua arte fuerit deceptus à Thebanis,numero 11.

Sors

Sigiſmundi Imperatoris rumpitur exercitus in Hetruria à Florentinis, & à Venetis inſimul confœderatis, numero 96.
Sycio qua arte fuerit deceptus à Thebanis, numero 11.
Sors cũ uſura an recipi poſſit pacto cõueto pecuniæ traiectitiæ, n. 123.
Statutum obligans forenſes poſsidentes bona ſtabilia in alieno territorio ad ſoluendum collectas, quid ſi mulier ciuitatenſis nupta forenſi poſſidens in ciuitate, & eius territorio ſtabilia, & per ipſam data marito forenſi in dotem, an teneatur ad dictas collectas pro ſuo patrimonio, numero 138.
Statutum prohibens forenſes non poſſe acquirere bona ſtabilia, an liget mulierem ciuitatenſem nuptam forenſi, numero 139.

Templum Diui Antonij conſtruitur Venetijs tempore Andreæ Dandali Qinquageſimi ſexti Ducis Venetiarum, numero 85.
Thebani qua arte portum Sycionis occuparunt, numero 11.
Treuga qualiter facta fuit inter Venetos, & Ianuenſes tẽpore Laurentij Tepuli Ducis Quadrageſimi octaui Venetiarum, nume. 77.
Tempus modicum quid ſit, & an ſtet in arbitrio Iudicis, ut debitor ſoluat, numero 135.
Treugua qualiter facta fuit inter Ducem Mediolani, Venetos, Florẽtinos, & Marchionem Ferrariæ tempore Franciſci Foſcari Ducis Sexageſimi ſeptimi, numero 96.
Thergeſtum qualiter ſe dederit Duci Auſtriæ, facta rebellione cõtra Venetos tempore Andreæ Contareni Ducis ſexageſimi ſecũdi n. 91.
Thimoteus Dux Atticorum qualiter ſuos animauerit aſtu pro bello nauali, numero 6.
Thimarcus Aetholius qua arte occupauerit portum Samiorum, n. 10.
Triumphabat Antiquitas uictoria parta, numero 19.

Venetorum uictoria contra Ianuenſes, & Ianuenſium contra Coruatinos, numero 25.
Veneti qualiter Antiquitus nuncupabantur, numero 21.
Venetorũ Ciuitas qualiter fuerit diuino nutu fundata ĩ Italia, n. 24.
Veneti qualiter orti fuerunt Troiana ſtirpe, numero 22.
Venetæ vrbis cuius fuerit initium, numero 23. 24. 27.
Venetorum bellum primum fuit contra Pyratas Hyſtros turbantes mare

mare Hadrianum,numero 25.
Veneta ciuitas,Troia,primò dicta fuit,numero 25.
Veneti,iuſſu Romani Pontificis pro Imperatore bellarunt contra Lõgobardos,& Rauennam à ditione Longobardorum acceperunt,& reſtituerunt Exarcho Cæſaris,numero 27.
Venetorum Tribuni,& Duces quanti,& quales fuerint ab urbe condita Venetiarum uſque in præſens,numero 27.
Veneti pro Eccleſia qualiter bellarunt contra Federicũ Barbæ rubeæ Imperatorem,numero 70.
Veneti qualiter ſuffragium dederunt Ianuenſibus cum 40.triremibus rebellata Zarra ab ipſis Ianuenſibus,numero 74.
Veneti,& Galli qualiter fugantur Argolica fraude,numero 75.
Veneti contra Lygures qualiter manſerunt uictores apud Ptalomaidam,numero 76.
Veneti qualiter uictores fuerunt contra Bononienſes,numero 77.
Victoria Venetorum fuit contra Ianuenſes apud Mudonum tempore Michaelis Sten Ducis Quinquageſimi quinti, numero 94.
Victoria Venetorum nauali bello contra Lyguram claſſem,nume.96.
Vitalis Michael Dux Trigeſimus quintus,Ordolaphus Falerius Dux Trigeſimus ſextus,& Dominicus Michael Dux Trigeſimus ſeptimus bellarunt aſſiduò contra Turcos,& Priuilegia multa habuerunt à Papa, & ab Imperatore,numero 69.
Virtus eſt quærere parta tueri,numero 3.
Vſura nautica an debeatur ſub pignore mercium poſitarum in naui, obligatarum fœneratoribus,numero 129.130.
Vſura Centeſima nautarũ an debeatur pro pecunia trahetitia,n.123.

Zarra perditur à Pippo Duce Generali Regis Vngariæ tẽpore Michaelis Sten Quadrageſimi Ducis Venetiarum, numero 94.
Zarra recuperata fuit tempore Iacobi Tepuli Ducis Venetiarum Quadrageſimi quinti,numero 94.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Qualiter eſſe debeant Duces Claſsiũ, & de ſtri-ctagematibus eorum.

Veneta Ciuitas qualiter accreuerit, conſtructa fuerit à populo libero nationum omnium totius orbis.

De Ducibus, & Tribunis Venetis, & de temporibus, & geſtis eorum ab vrbe condita Venetiarum.

De Nautico fœnore; & de vſura centeſima nauticæ pecuniæ traiectitiæ.

De Varijs iuris caſibus per dies occurrentibus inter mercatores, & nautas.

NAVALIS belli Duces cõtinentiſ
ſimi eſſe debẽt, ſobrii, & diligẽtes,
ſi victoriam conſequi intẽdunt, An
tiquorum exemplo Imperatorum
1 firmat Canon in c. ſexto die, uigeſ.
ſex. diſtin. Vbi commẽdatur diſcre-
ta ciborum abſtinentia quæ reſpicit
ualetudinem perſonæ, oportunitatẽ
que temporis, & ciborum qualitatẽ
& quantitatem, c. ſi quis prȩsbiter, trigeſ. diſtin. & c. Quod
dicit, 41. diſtin. iuncto c. Quisquis, & c. Nõ mediocriter
de conſecratione diſtin. 5.

2 Abſtinentia † eſt cibus prȩtioſus uirtutis, & prodeſt uirtuti ieiunium, quia per ipſum caſtæ fiunt cogitationes propter abſtinentiam, & rationabiles uoluptates, ſaluberrima conſilia, & caro moritur concupiſcentis; caſtigato corpore exulatur animus, & ſpiritus inno-

innouatur uirtutibus, prout atteſtatur Sanctus Hieronymus in c. legimus, de conſecratio. diſtin. 5. multos Sanctos fuiſſe podagris chiragris, & arteticis propter abſtinentiã & ciborum parſimoniam, & etiam propter cibos groſſos relictis cibis delicatis.

3 Et † debent eſſe prudentes, diligentes, uigilantiſsimi, & ſagaces claſsium Reges, & maritimi belli; conſiderãdo diù noctuque tempora præterita pro exemplo futurorum negociorum, præſentiaque, & futura tempora pro ſalute ſuæ claſsis, & hoſtium ruina, non pugnando niſi aperta uiſa uictoria, & ſtricti neceſsitate. Cum minor non ſit uirtus querere, parta tueri, quàm quærere noua Regna, & aliena bona dubioſo Marte, recto à fortuna uolubili, non ponendo claſſem in eius arbitrium, ſuos hortantes & animãtes, omnem ab ipſis tollentes mœſtitiam, Scipionis exemplo, qui dum ex Italia tranſportaret exercitum in Aphricam cum claſſe, cognoſcens ſuorum meſtitiam, Ludite, inquit, milites Aphricam oppreſsi, quos animauit tali dicto hylari, & placidiſsimo uultu prolato per ſuum Imperatorẽ: qui dum alia uice conſcenderet nauim in terram cadens forte, erga ſuos attonitos milites hoc in malum augurium putantes, inquit, Teneo te terra mater: qua interpretatione fecit, ut fœliciter uideretur repetiturus illas ciuitates, qui

4 bus proficiſcebatur. Et † dum in Aphrica exiſſet nauim, & in terram cecidiſſet, uidens ſuos cõtriſtari, inquit, Audite Quirites filii Martis commilitones mei, hac uice calcaui Aphricam, & ſuorum animos accreuit audacia, ab illis ſemoto pauore, ſui uirtute maximi Ducis.

5 Et † Iulius Cæſar intrans nauim prætoriam ſuæ claſsis & dum cecidiſſet in terram, ſuos uidens de ſigno tali contriſtatos animauit, dicens erga Deum. Iuppiter, ago tibi gratias de ſigno hoc mihi dato redeundi cum meis ad ter

6 ras, à quib. diſcedimus. Et † dato ſigno gubernatori Atticæ claſsis per ſuũ Ducem Timoteũ, ut ſe retrò traheret, audito unũ ex ſuis ſtertiſſe, inq̃t, Solus unus ex tot militib. ſtertit, Pugnemus ĩpigrè, quia noſtra eſt Victoria, & hoſtes

aggreſsi fuerunt, & uicerunt nauali Marte.

7 Et † dum Cabrias Dux claſsis Athenienſium foret pugnaturus nauigio, & ante eius nauem cecidiſſet fulgur, & ob hoc ſui milites ſtabant attoniti, & timidi prodigio tali, inquit, Modo eſt initiandum bellum, cum Iuppiter dederit ſignum nobis pugnandi, & ipſe ſe oſtendit eſſe præſentem, & in fauorem noſtræ claſsis, quam ipſe ualens lędere noluit; & hoſtes illam lędere non ualebunt protectam ab Ioue. Et ita ſuis animos accreuit, & commiſſo pręlio, uicit.

8 Officiũ † igitur optimi Imperatoris eſt artè tollere męſtitiam ſuorum militum, fugando timorẽ ab illis, ut libenter itinerẽtur, & pugnent: operando continuè conſeruare amorem, honorem, & ſalutem militum ſuæ uniuerſæ claſſis; curando cautè conſequi uictoriam contra hoſtes ſuos.

9 Exemplo † Regis Macedonum Lyſimaci, qui cũ Epheſios obſidiſſet, & expugnaret magno exercitu, & ipſis in ſuffragium ueniſſet Mandro Archipyrata, qui ſæpe oneratis preda nauibus ſolitus erat Epheſum petere, eo ad proditionem corrupto, fortisſimos Macedonum uinxit, & illos reſtrictis manibus, pro captiuis in Epheſum introduxit, & in arce poſuit, ex qua Macedones captis armis Epheſum cum arce tradiderunt Lyſimaco, occiſa cuſtodia.

10 Timarcus † Aetolius per ipſum interfecto Carmede Pręfecto Regis Ptholomei, induit ſe ueſte, & pileo Macedonico, & intrauit portum Samium ſine pugna, credentibus hoſtibus illum fuiſſe Carmedem Præfectum ſuum; & ita ſine ſuorum ſanguine occupauit hoſtilem portum.

11 Non † ualentes Thebani habere portum Syccionis, magnam nauem impleuerunt militibus armatis, & ſuper illam poſuerunt merces, inſidiando hoſtibus, & peruenta naue ad locum deſtinatum ab illa parte murorum, quæ lõgior uidebatur, ibi quoſdam ex militibus ſuis poſuerunt in terram, & cum opus uiſum fuiſſet, alios milites de aliis nauibus in terram miſerunt, ſimulata inter ipſos rixa, & inter ſe pugnare uidebantur. vbi occurrit Syccio causa placandi animos turbatos militum; & tunc Thebanæ naues intra-

intrarunt portum uacuum, & illum, deriſo Syccione, occuparunt.

12 Et † Pericles Dux Athenienſium, ciuitatem propè mare iacentem, magno tutam præſidio, ſuis probè hortatis, in ea parte, quæ adiacebat mari, claſſicum clamorem iuſſit attolli hoſtibus penetratum, portis relictis ſine cuſtodia, quas Pericles pręſidio deſtitutas, irrupit, & ciuitatem in-

13 trauit. Legitur † Pœnos Duce Satrappa, nauali bello fugatos à Iulio Cęſare inter ſcopulos, ſyrtes, & mala uada, uelo, & uento ſecundo incidiſſe inflatis uelis, & licèt non ualerent exire loca illa ſcamnoſa, ſaxea, & harenoſa; eos uidente Cæſare vela dediſſę propitio uento, non aliter illos fuit proſecutus.

14 Octauianus † Imperator, primus dictus Auguſtus Sextum Pompeum arte nauali bello ſuperauit, filium olim Magni Pompei, qui claſſe trecentarum nauium, tota diſperſa mari impleuerat pyratica infeſtatione, eodem ſucceſſu ſubiugauit Lepidum in Sicilia, & poſt profectus in Hadriatico, Illyricos, Lyburnos, & Dalmatas uincere maturauit. & poſt in Græciam profectus Cleopatram Reginã Aegypti fugauit, habẽtem claſſem ducentarum nauium; & cum Marco Antonio ad ſummum certamen nauali, & terreſtri bello peruenit, & in fugam Antonius unà cum Cleopatra petiit Aegyptum nauigio ſuo, quos inſecutus fuit Octauianus, & ſuperauit apud Farum Aegyptiacum, mox Italiam profectus, & pro uariis uictoriis triumphauit.

15 Et † Cato contra Aetholios pugnaturus nauali bello ſimulato clamore cum magna lętitia aductus noui prǽſidii Romanorum, lætitiæ inſtrumentis, expertis hoſtibus notis inſidiando ipſis. Et nè Aetholii opprimerentur per ad uentum noui auxilii deſtiterunt à pugna, & urbes Romanorum amicas deſeruerunt, quas primitus occupauerant.

16 Et † Publius Cluentius Romanorum Conſul, nauali bello ſuperatus à Pœnis, finxit, ſe fuiſſe uictorem, ornando uiginti naues, quas habebat tanquàm uictrices, indicantes uictoriam cũ inſtrumentis, & cornicinibus uariis gau-

dium facientibus ſimulatè: quo uiſo per Pœnos ipſi receſ-
17 ſerunt in fugam putantes ſe fore uictos. Qui † aliàs euaſerunt à Romanis ſimulatò ſe ob uentum incidiſſe in ſcopulos,& ſyrtes,& Romani illos dimiſerunt caſum timẽtes ſcopulorum incurſionis.

18 Legitur † Eutydem Ducem Lacedęmoniorum dum foret terreſtri, aquaticoq́ue bello cum exercitu, & claſſe ſua uno die pugnaturus, ignorans uictoriam ſuæ claſsis, ſimulando diuulgauit animando ſuos lætanter,& cum gaudio magno ſibi fuiſſe nunciatum uictoriam ſuæ claſsis, & commiſſo prælio uicit,& uno die palmam obtinuit, hoſtiũ ſuorum in terra,& aqua experto bello.

19 Et † parta uictoria in hoſtes triumphabat Antiquitas, & hoſtium ſpolia,& trophea in templis,& arboribus ſuſpenſa ponebant, ut aliàs late dixi in libro Antiquæ, illuſtratæ, & inſtauratæ, militiæ, in Tractatu de Triumphis,& in Tractatu An uicti hoſtes ſint perſequendi: & Aquinas cantat Poeta Iuuenalis.

Et curuum temone iugum, uictæq́ triremes.
Ampluſtra,& ſummo triſtis captiuus in artu.

20 Et † prout aliàs dixi in lib. illuſtratæ militiæ, legitur fortisſimos Atrabates, & Neruios ualde bellaces cũ exercitu ſexaginta millium fuiſſe inuaſos exercitum Cæſaris in caſtramentando,& illo circunuento decem, & nouem legiones Cęſarianas fugaſſe,& dum Centurii Cæſaris trucidarentur, illis occurrit Cæſar cum clipeo, quibus retentis,& coram Imperatore ſuo ſtrenuè pugantibus, in barbaros irruens Cæſar ultra uires pugnando,& ſuis ſuccurrendo, coegit Neruios, & Atrabates dare terga, truncatis ex hoſtibus millibus quinquaginta nouem, & quingẽti tantùm euaſerunt, ut Romana firmat Hiſtoria: & ultra fines Occeani fuit urbes conſecutus deditione profligatis Hadriaticis, eodem impetu fortunę millibus quatuor cęſis ex illis, & millibus quinquaginta uenundatis.

21 Et † contra Venetos, tunc terram ad Occeanum Galli cum incolentes nauale bellum fuit expertus Cæſar, quos unà cū Belgis, Celtiberibus, Germanis, & aliis finitimis inſimul confœderatis populis ſuperauit, ut ſcribit Strabo lib. quinto, & firmat Robertus Gualturius in libro ſuo Rei militaris, in titulo De Emulatione gloriæ Ducū. Et Veneti Italiam poſt, ut Anchiſiades petierunt, & ipſam gloria, honore, & uirtute coronarūt. Nā nuncupabātur pri mò Heneti, ut ſcribit Liuius in primo libro Decadum ſua rum Vrbis conditæ, cum aſpiratione H. quæ poſt muta- ta fuit in V. & Veneti dicti ſunt, à uerbo venio uenis, ob eorum aduentum in Italiam, & in ſtagnis, & aquis Exar chatus antiquę Rauēnæ patrię meę nomen dederunt re- gioni Venetiæ, & ciuitati ſuæ Venetiarum, in dicta regio ne conſtructæ, Diuino nutu. Et dici etiam poteſt à venio uenis, unde uenire quod eſt uendere, & mercari.

22 Atteſtatur † Plinius in libro tertio naturalis Hiſtorię Venetos fuiſſe ortos ex Nobili; & antiqua Troiana ſtir- pe. & quidam firmant Venetos habuiſſe originem ab Henetis populis, qui Italiam petierunt cum Anthenore poſt bellum Troianum, unà cum Theucris multis, qui euaſerant ab obſidione, & incendio Troię, unde cantat Poeta.

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis,
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus;
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Thimaui,
Atque ille urbem Pataui, ſedemq́ locauit.

23 Et † ab iis Patauis ortis ex ſanguine Theucro. Nobi lis origo Venetæ urbis ab initio, ut glorioſa Roma à Ro mulo conſtructa, deſcendente à ſanguine Theucro, uide licet ab Aenea filio Anchiſis Troiani. Et quanta fuerit Romulea, & Veneta uirtus longa eſt hiſtoria: & ni quo- rundam fraudes, & diſcordię Principum obſtetiſſent Ve netę uirtuti, ferro, uerbo, opera, & igne ob odium, & inuidiam, audeo dicere, quòd infida, & damnata Mau- methica ſecta non dominaretur Argolico Imperio.

Legi

24 Legi † nobilisſimam urbem Venetiarum habuiſſe ini
tium ſui fundamenti Vigeſimaquinta die Martii;quo die
Adam primus parens factus fuit ex limo terræ Diuina ma
nu.Quo die Ieſus Chriſtus, Dominus & Saluator humani
generis fuit uerbo Angeli Gabrielis incarnatus à Spiritu
ſancto in uentre Beatæ virginis Marię.eodem quoque die
fertur fuiſſe Chriſtum crucifixum pro Redēptione huma-
ni generis.Propterea datur intelligi, fatalem ciuitatē Ve
netiarum dominari Diuino iudicio: aucta enim fuit,& eſt
Venetorum Ciuitas plurium uirtute uirorum nationum
omnium vniuerſi Orbis,qui peruenerunt in ea.

25 Et † primum bellum habuit ciuitas Venetiarum con
tra Hiſtros turbantes Hadriaticum mare pyratica infeſta-
tione,latrociniis,& uictoriam obtinuit, Tribunis tunc re
gentibus illam.

26 Quæ † primò Troia dicta fuit,ſecundò Pagum, tertiò
Venetiæ,& tempore ſui tertii Ducis Aurelii Hippati nū-
cupati,à Gregorio Tertio Romanorum Pontifice,requiſi
ta,ut pro Exarcho Rauennæ pugnaret contra Longobar-
dos,tunc hoſtes Romanæ Eccleſiæ, & Argolici Imperato-
ris Catholicorum; parendo mandatis Romani Pontificis
pugnauit impigre, & expulſis Longobardis reſtituit Rauē
27 nam Exarcho Cæſaris. Pro † gloria Italiæ non retice
bo quædam ſcribere urbis olim naſcentis Venetiarū, quæ
ſe ab initio per annos ultra ducētos triginta rexit per Tri
bunos,more antiquo Romani Populi;Qui initium habuit
à bellis.& auctus uirtute fuit in aduerſis, inuictis, & non
proſternatis animis Ducibus ſuis, quàmpluribus occiſis.
Et idem dicendum eſt de urbe naſcente Venetiarum, quę
uirtute, patientia, bello,pace,& religione fundata, & ac-
creta eſt pluribus ex Ducibus ſuis ex cauſa cęcatis,& cęſis.

28 Paulutius † Anazatus Heracleanus,de Heraclea ciui-
tate ortus, ab Hercule dicta, fuit Dux primus Venetę ur-
bis,Anno Domini incarnati 706.& obiit de anno 714. &
29 fuit in uita ſua iuſtus & prudens. Marcellus † Tācaſia Hera
cleanus,fuit Dux ſecundus,in Comitiis electus populi li-

beri, Anno incarnati verbi 714. obiit anno Domini 721.

30 Aurelius † Hippatus, tertius Dux fuit Venetiarum, ex Vrſea domo Vrſus dictus, uir Inclytus, & probitate impar, electus fuit Anno Domini 721. Hic iuſſu Gregorii Tertii Romani Pontificis, liberauit Rauennam à Longobardis & illam reſtituit Exarcho Imperatoris Byzantii. obiit anno ſeptuageſimo trigeſimo.

31 Cianus † Patriciatius, aliàs Baduerius, peruerſo Ducum ordine, quorundam diſcordia, Magiſter militum dictus, & obcęcatus fuit, ſibi euulſis oculis à populo libero, propter libertatem, quę od it Tyrannos.

32 Theodatus † filius Vrſi, Vrſeus dictus, Dux Quartus, fuit à populo libero creatus omnibus ſuffragiis Malamocchi Anno Domini 730. cui per Gallam Factioſum fuerũt

33 euulſi oculi, & obiit anno Domini 742. Galla † Factioſus ſuorũ fauore factioſorum, Dux Quintus creatur, & in ſecundo anno ſui Ducatus exulatur à populo libero, ſibi euulſis oculis, & in exilium periit eodem anno ſecũdo

34 intrante Gambanus † Dux Quintus creatur à populo libero anno Domini 742. & obiit de Anno 743.

35 Dominicus † Monegarius fuit ſextus Dux creatus Venetæ urbis, Anno Domini 743. cui in quinto anno per populum liberum fuerũt euulſi oculi, & periit de Anno 748.

36 Mauritius † Carbius Heracleanus Dux Septimus, ingenio prędit⁹ moribus, & uita, à populo fautus libero, creatur anno Domini 748. obiit Anno domini 764.

37 Ioannes † filius dicti Mauritii Dux Octauus, eligitur Anno Domini 764. & obiit anno 783. Hic benè rexit Rẽ publicam Venetam, ſed improbè fecit per filium Mauritium occidere Ioannem Prę latum Aquilegię.

38 Obelerius † de Malamoccho Dux Nonus, eligitur anno Domini 783. Hic filiam Regis Gallorum Caroli duxit in uxorem, & cauſa fuit belli Gallici contra Venetos, qui ſuam libertatem in Gallos, ut Romani patrię ſuę tutati fuerunt egregiè, interfecto Obelerio cũ uxore de an. 785.

39 Bradus † Cangianus Dux Decimus, eligitur anno Domini

mini 786. obiit de Anno 789.

40 Angelus † Patriciatius ſeu Baduerius Dux Vndecimus. Hic primus fuit qui in Riuo alto cum duobus Tribunis creatus fuit anno Domini 789. & habitaculum Ducū ex publico ære ordinauit. & obiit anno Domini 808.

41 Iuſtinianus † Patriciatius, ſiue Baduerius Dux Duodecimus, electus anno Domini 808. ſub quo ex Alexandria fuit portatum glorioſum corpus ſancti Marci Euangeliſtę Venetias, & obiit Anno Domini 810.

42 Ioannes † Patriciatius ſiue Baduerius frater dicti Iuſtiniani, Decimus tertius Dux Venetiarum, creatur anno Domini 810. obiit Anno 833.

43 Petrus † Gradenicus Dux Decimus quartus, eligitur anno Incarnati Verbi 833. proditorie capitur ab æmulis, & exulatus fuit ſibi inciſa barba cum capillis, ſpoliatus Ducali dignitate. obiit anno Domini 863.

44 Vrſus † Patriciatius, ſeu Baduerius Dux Decimus quintus, eligitur anno Domini 863. Hic à pyratis Tarentinis liberauit mare Hadriaticū. obiit anno Domini 889

45 Ioannes † filius Vrſi Patriciatii, ſeu Baduerii Dux Decimus ſextus, eligitur anno Domini 889. patre uiuente acceptus pro ſocio in Ducatus dignitate, qui ſe poſt cū patre tali ſe priuauit honore, & dignitate, data libertatę populo libero, aliūm nouum creadi Ducem.

46 Petrus † Candianus Dux Decimus ſeptimus, eligitur à populo libero anno Domini 896. Hic glorioſe, & uictorioſè pugnando contra Tarentinos occiſus fuit in bello nauali, Anno Domini 806.

47 Petrus † Tribunus, Sanutus nuncupatus, Dux eligitur Decimus octauus Anno Domini 806. ſub quo fuit Berengarius Imperator, bello ſuperatus cum populo Hunnorum. obiit anno Domini 819.

48 Vrſus † de Vrſea domo Dux, eligitur Decimus nonus anno Domini 819. & obiit anno 820.

49 Petrus † Candianus, Baduerius dictus, Dux Vigeſimus, eligitur in Riuo alto, anno Domini 820. ſub quo Hy

ſtri ſuperati fuerunt nauali bello. & obiit anno 824.

50 Petrus † Vrſus, eligitur à populo libero Venetę vrbis Dux vigeſimus primus, anno Domini 824. & obiit anno 847.

51 Petrus † Vrſeus filius Candiani Baduerii, Dux vigeſimus ſecundus, eligitur anno domini 847. Hic diuortium fecit cum vxore ſua caſtisſima, cum qua filium habebat, & aliam impiè accepit vxorem, viuente prima, & inde ſequētibus ipſius vitiis facta tyrannide interficitur à populo libero vnà cum vxore ſecūda adultera, & filio ipſius paruulo, quem habuerat cum adultera ſecunda vxore, ipſius combuſto palatio, occiditur anno domini 864.

52 Petrus † Vrſeus Dux vigeſimus tertius, eligitur à populo libero anno Domini 864. Hic fuit in vita laudabilis, & in moribus, probitate, conſcientia, & bonitate, qui pluribus conſecutus uictoriis monachauit, dimiſſa Ducali dignitate, & obiit anno domini 874.

53 Vitalis † filius Petri Candiani, ſeu Baduerii, Dux vigeſimus quartus, eligitur anno Domini 874. Hic propter infirmitatem fecit uotum monachandi & peregrinandi ſi factus fuiſſet ſanus, & habita ſanitate renunciauit Ducalem dignitatem. obiit anno domini 986.

54 Tribunus † Memus, Dux vigeſimus quintus, eligitur anno domini 986. Hic prudens fuit, re, verbo, & moribus, ac geſtis. obiit anno milleſimo.

55 Petrus † Vrſeolus Dux vigeſimus ſextus, eligitur anno domini milleſimo. obiit anno 1018.

56 Otho † filius Vrſeoli, Dux eligitur vigeſimus ſeptimus, anno domini 1018. Hic filiam Regis Vngarię duxit in uxorem, & propter tyrannidem fuit exulatus à populo libero. obiit anno Domini 1027.

57 Petrus Cæntranicus, ſeu Barbolanus dictus Gradenicus, Dux vigeſimus octauus, eligitur anno domini 1027. obiit anno 1031.

58 Vrſeolus, † Dux Vigeſimus nonus Venetiarum, eligitur anno Domini 1031. & obiit anno Domini 1042.

59 Dominicus † Vrſeolus, dictus Flabenſcus, Dux Trigeſimus, eligitur Anno Domini 1042. obiit anno 1043.

60 Dominicus † Gradenicus, Dux Trigeſimus primus, eligitur anno Domini 1043. obiit eodem Anno.

61 Dominicus † Contarenus, Dux Trigeſimus ſecundus eligitur Anno Domini 1043. obiit anno 1068.

62 Dominicus † Siluius, Dux Trigeſimus tertius, eligitur anno Domini 1068. & obiit 1082. ſub hoc Duce Normanni ſuperati fuerunt, & hic vxorem ualde laſciuam habuit, quod moleſtum fuit Patribus & grauibus uiris de populo.

63 Vitalis † Falletrius, ſeu Fallerius, Dux Trigeſimus quartus, eligitur Anno Domini 1082. & obiit anno 1095. Hic dictus fuit Princeps Dalmatiæ, & Croatiæ. Sub hoc Principe facta fuit apparitio Diui Marci.

Apparitio Sancti Marci.

64 Vitalis † Michael, Dux Trigeſimus quintus, eligitur Anno Domini 1095. Hic glorioſè pugnauit contra infideles pro recuperatione Terrę Sanctę, & quamplurium aliorum locorum Syriæ, & Perſiæ, ab Infidelibus occupatorũ: obiit anno 1098.

65 Ordelaphrus † Fallerus, Dux Trigeſimus ſextus, eligitur anno Domini 1098. & obiit anno Domini 1117. Hic claſſem ingentem miſit in Syriam tempore ſuæ uitę.

66 Dominicus † Michael, Dux Trigeſimus ſeptimus, eligitur anno Domini 1117. Hic uictorias multas habuit in Syria contra Infideles tempore Vrbani Papæ, ſub quo pro fide Catholica impigrè bellarunt Veneti, & multa Priuilegia Apoſtolica, Imperialia, & Regia habuerunt ob merita ſua. obiit anno Domini 1128.

67 Petrus † Polanus, Dux Trigeſimus octauus, eligitur anno domini 1128. Hic cũ claſſe nauali prælio pugnauit contra Siculos, quorũ claſſem deſtruxit. obiit anno 1146

68 Dominicus † Moreſinus, Dux Trigeſimus nonus, eligitu anno Domini 1146. & obiit anno 1153. ſub hoc Principe factum fuit Campanile diui Marci in platea Venetæ urbis, & hic Hyſtriam tributariam fecit Imperio Veneto, ſe

quuta pace cum Siculis.

69 Vitalis † Michael, Dux Quadrageſimus, eligitur anno Domini 1153. obiit anno 1170. ſub hoc Principe uiguit bellum Federici Imperatoris, Aenobarbæ nuncupatus, cum magno tumultu Emanuelis Græcorum Imperatoris. hoc tempore Iuſtiniana domus Nobiliſſima Veneta pro patria glorioſè pugnãdo periit, ut Fabii pro Roma patria ſua periere. Et inde, ut Fabiana domus per unũ de Fabiis ſuperſtitem, nuncupatũ Maximum, uirtute ſua inſtaurata fuit, & hęc quoq; pręclara Iuſtiniana domus per Monachũ unum eiuſdẽ familiæ, Papali ſecuta diſpenſatione reuixit, ut patriam augeret virtute ſua. Et Princeps Vitalis Michael interfectus fuit populari ſeditione, & hoc tẽpore pro uidus Magiſtratus Capitum Decem creatus fuit ad tollen dum ſeditiones Ciuitatis: & quippè Magiſtratus iſte rectè uiuit, rectè regit, & rectè gubernat, & vt Cato ſeuerus, & Iu ſtus impios iugulat, iuſtitia Duce.

70 Sebaſtianus † Cianus, Dux Quadrageſimus primus, eli gitur anno domini 1170. & obiit anno 1178. ſub hoc Principe erectæ fuerunt Venetiis illæ duæ magnæ Columnę quę modò cernuntur in platea diui Marci: & hoc tempore Alexander Tertius Romanus Pontifex fugit ſecretò Venetias timore Federici Imperatoris, Aenobarbę nuncupato, qui Romam occupauerat cum exercitu, con tra quem pro Pontifice, & Eccleſia Romana, Sedeque Apo ſtolica, & ipſius libertate ſtrenuè bellarunt Veneti, & claſſicam victoriam obtinuerunt, capto Othono filio Federici prędicti Imperatoris, & ob hoc fuit pax ſecuta: & tunc Alexander Pontifex Maximus priuilegia multa donauit Venetis, parcito Imperatori Federico, & ſibi reſtituto filio ſuo Othono, & ſe Venetias contulit Federicus Imperator pro filio ad obedientiam Romani Pontificis, cui Romam cum Sede ſua Apoſtolica reſtituit pede calcatus in Eccleſia Sancti Marci à Pontifice vniuerſę carnis.

71 Aureus † Maſtro Petrus, Dux quadrageſimus ſecundus eligitur anno domini 1178. & obiit anno 1192. ſub hoc

Duce facta fuit expeditio, ut Hieruſalem retineretur per Chriſtianos, mortuo Federico Aeneobarba Imperatore, odio, ſecuta fraude ordinata per Saladinum in mari plena ſerpentibus contra Catholicos nè caperent rebus.

72 Henricus † Dandulus, Dux Quadrageſimus tertius, eligitur anno domini 1192. obiit anno 1204. ſub hoc Duce rupta fuit clasſis Piſanorum per Venetos, facta expeditione maritima Gal lorum auxilio in Iudæa bellantes contra uarios populos, uidelicet Piſanos, Dalmatas, Hyſtros, Græcos, Traces, Cretenſes, & Syrios. & obiit tempore dicti Principis Henrici Danduli Balduinus Græcorum Imperator.

73 Petrus † Cianus, Dux Quadrageſimus quartus, olim filius Sebaſtiani Ciani, eligitur anno Domini 1204. obiit anno 1226. ſub hoc Principe fuit habitata per Venetos Creta, nunc dicta Candia, ſubiugatis patriciis Cretę, & Ianuēſibus. & Dux iſte ſe ſpōte priuauit Ducali dignitate.

74 Iacobus † Tepulus Dux Quadrageſimus quintus, eligitur anno Domini 1226. obiit anno 1247. ſub hoc Duce ſe rebellem fecit Inſula Cretæ Imperio Veneto, auxilio Ianuenſium, & inde fuit recuperata per Venetos experto nauali bello; & Veneta victoria fuit contra Ianuenſes, & inde fuit inter ipſos ſecuta Treuga. ſub hoc Principe factus fuit Magiſtratus Iudicatus petitionum, & poſt fuit per Ianuenſes imploratum auxilium à Venetis, qui in eorum prę ſidium miſerunt ſexaginta Triremes Duce Andrea Tepulo, pluries rebellata Zarra, & inde recuperata uirtute Veneta.

75 Marinus † Moreſinus, Dux Quadrageſimus ſextus, eligitur anno domini 1247. & obiit anno 1250. Hic plura bella maritima habuit contra Gallos, & Gręcos, reſtituto Byzantio Imperatori Argolico Paleologo cum Imperio ſuo, & poſt fugati fuerunt Veneti & Galli argolica fraude, demùm fuit ſecuta Venetorum victoria contra Lygures apud Ptolomaidam, & Trapanum.

76 Raynerius † Zenus, Dux Quadrageſimus ſeptimus, eligi-

tur Anno Domini 1250.& obiit 1266.

77 Laurentius † Tepulus, Dux Quadrageſimus octauus, eligitur anno Domini 1266.& obiit anno Domini 1273. ſub hoc Principe facta Treuga fuit cum Ianuenſibus, inſtante Clemente Pontifice Max. & poſt ortum eſt bellum inter Venetos,& Bononienſes; & Veneti victores fuerũt.

78 Iacobus † Contarenus, Dux Quadrageſimus nonus, eligitur anno Domini 1273.& obiit anno 1281. Sub hoc Principe noua bella orta ſunt inter Hyſtros, Anchonitanos,& Venetos;& Dux prædictus ſe ſponte priuauit Ducali dignitate.

79 Ioannes † Dandulus, Dux Quinquageſimus, eligitur anno Domini 1281. & obiit anno 1290. ſub hoc Principe cuneati fuerunt aurei ueneti, & ortum fuit bellum contra Patriarcham Aquilegiæ, ad quod bellum unus de Tribus Capitibus populi Veneti miſſus fuit;& ſub hoc Principe Syria perdidit nomen Chriſtianum, perdita Ptolomaida anno Domini 1290. tempore Vrbani Secundi Pontificis Maximi.

80 Petrus † Gradenicus, Dux Quinquageſimus primus eligitur anno Domini 1290. moritur de Anno 1312. ſub quo nouum bellum ortum eſt inter Ianuenſes,& Venetos, & rupta fuit Veneta claſſis uirtute Lyguria in portu Corcyræ, facta irruptione, nolentibus Venetis hoſtes diſcedere tutò ita petentes ab illis, & fuit ſanguinolenta uictoria, poſt ſecuta fuit palma populi liberi contra coniuratos, Boconium uidelicet Baiamontem,& Tepulum;& talis coniuratio extincta fuit ab ipſo populo libero.

81 Marinus † Georgius, Dux Quinquageſimus ſecundus eligitur anno Domini 1312.& eodem obiit anno. Hic ſuis ſumptibus conſtruxit templum ſancti Dominici in ciuitate Venetiarum.

82 Ioannes † Superantius, Dux Quinquageſimus tertius eligitur anno domini 1313. obiit anno 1329. ſub hoc Duce auctus fuit populus,& numerus Procuratorum, & fuit interdicta Ciuitas Venetiarum per Clementem Romanũ

Pon-

Pontificem propter detentionem Ferrariæ,& inde Romanus Pontifex precibus Franciſci Danduli,Canis nuncupati,in terra proſtrati ad pedes Romani Pontificis, releuauit interdictum.

83 Franciſcus † Dandulus, Canis nuncupatus, eligitur Dux Quinquageſimus quartus Anno Domini 1329.& obiit anno 1339.ſub hoc Duce fuit bellatum contra Maſtinum,& alios Dominos de Scala,dominos Veronæ,facto per Venetos fœdere cum Rege Boemiæ,& Florentinis,obtenta uictoria contra prædictos dominos Veronę per Venetos,Duce ſuo Petro Rubeo Generali.

84 Bartholomeus † Gradenicus,Dux Quinquageſimus quintus, eligitur Anno domini 1340.obiit anno 1343. huius tempore fuit Apparitio Diuorum Marci,Georgii, & Nicolai in ciuitate Venetiarum.

Apparitio diuorũ Marci, Georgii, & Nicolai.

85 Andreas † Dandulus, Dux Quinquageſimus ſextus, eligitur anno domini 1343.obiit anno 1354.ſub hoc Prĩcipe factum fuit templũ diui Antonii in libera Ciuitate Venetiarum.Et Rex Pannoniæ obtinuit Zarram rebellem effectam Venetis,& huius Principis tempore facti ſũt Magiſtratus Veterum & Nouorum Auditorum, in Ciuitate Venetiarum,quæ tunc peſte fuit magna ualde uexata, & poſtquàm corpus Diui Rocchi fuit portatum Venetiis, Dei gratia non uiguit peſtis in dicta Ciuitate. & factum fuit fœdus per Venetos cum Rege Vngariæ per decenniũ, quo tempore fuit apud Boſſorum Argolicum obtenta uictoria per Ligures contra Venetam claſſem de nocte pugnato auxilio grati Imperatoris Byzantii: ita,quòd Lygur Lygures,Venetus Venetos,& Græci græcos ob noctis tenebras lædebant ſuos,& occidebant,ut hoſtes,& ſemetipſos perdebant.Poſt Veneti bellando contra Curuatinos moleſtantes Hyſtriam cum Ianuenſibus, fuit in Chareſtio rupta per Venetos claſsis Ianuenſium, & Veneti uictores ingentem prædam cum ſpoliis opimis reportarunt Venetias,& in Sardinia Veneti contra Ianuenſes nauali experto bello ſub dicto Principe uictoriam habuerunt, & tunc

Ia-

Ianuenſes ſe ſponte dederunt ditioni Reuerendiſſ.D.Archiepiſcopi Mediolani, tunc Ducis Mediolani, facto inter ipſos fędere contra Venetos.

86 Marinus † Fallerius, Dux Quinquageſimus ſeptimus eligitur anno domini 1354. & obiit anno 1355. ſub hoc Duce Ianuenſes ruperunt claſſem Venetorum in loco nũcupato, Sapientia, & poſt fuit ſecutum fœdus inter Venetos, & Reuerendiſſ. Archiepiſcopum Mediolani Ducem ciuitatis Mediolani per menſes quatuor: & fuit Dux Marinus Fallerius decapitatus ob coniurationem per ipſum factam contra Patriam, omnibus cæſis coniuratis per populum liberum Venetiarum.

87 Ioannes † Gradenicus, Dux Quinquageſimus octauus, eligitur anno domini 1355. obiit anno 1356. ſub hoc Principe facta fuit Pax cũ Ianuẽſib. & bellatũ cũ Vngaris.

88 Ioannes † Delfinus, Dux Quinquageſimus nonus, eligitur anno incarnati Verbi 1350. & obiit Anno 1361.

89 Laurentius † Celſus, Dux Sexageſimus, eligitur anno domini 1361. obiit anno domini 1365. huius tempore Dux Auſtrię, & poſt ipſum Rex Cypri uenit Venetias ad uidendum Ciuitatem Fatalem populi liberi, & ualde honorati fuerunt à Patribus Veneti Senatus, ſecuta, & extincta rebellione Cretenſa, ſuperatis Græcis, & punitis rebellib. Cretæ per Venetos.

90 Marcus † Cornelius, Dux Sexageſimus primus, eligitur anno domini 1365. & obiit anno 1368. ſub hoc Duce iterum fuit rebellata Creta, Candia dicta, & poſt reſtituta fuit ditioni Venetæ, punitis rebellionis capitibus, uirtute Veneta.

91 Andreas † Contarenus, Dux Sexageſimus ſecundus, eligitur anno domini 1368. obiit anno domini 1383. Huius tempore ſe rebellauit Thergeſtum à Venetis, & ſe Duci Auſtriæ dedit, & poſt bella multa ſe ſponte Thergeſtum Venetæ ditioni ſubmiſit, noua ſecuta diſcordia cum Frãciſco Carraria domino Paduæ, facto fędere per ipſum Frãciſcũ Carrariam cum Rege Vngariæ, & poſt per Venetos

exper-

experto bello contra Vngaros, & Hunnos apud flumen Anaxum, alio in Venetos facto bello per Leopoldum Du cem Auſtriç, & in Græciam Veneti bellum etiam habuerunt contra Ianuenſes, obtenta, & retenta Græcia modò per Ianuenſes, in parte rupto per Venetos Imperatore Ar golico: & poſt Veneti maximum damnum paſſi sũt ſibi da tum à Ianuenſibus cõfœderatis cum Græcis apud Cludiũ auxilio dominorum de Carraria, & demùm Veneti ſua uirtute victores extiterunt, ſuperatis Ianuenſibus.

92 Michael † Moreſinus, Dux ſexageſimus tertius, eligi tur Anno domini 1383. obiit anno 1401.

93 Antonius † Venerius, Dux ſexageſimus quartus, eligi tur anno domini 1401. & obiit eodem anno. Hic fuit pro Iuſtitia ſeuerus, & proprium filium carcerauit, quia cornua hirci poſuerat in hoſtio domus mariti ipſius amaſiæ, & iuuenis mœſtus mçrore, & uercũdia periit maximo cor dis dolore, quod multùm diſplicuit populo libero hoc ualde ferendo moleſte: & eodem anno iuit Venetias Mar chio Mantuç, & poſt ipſum Marchio Ferrariç ad uidendũ vrbem fatalem Venetiarum, Senatus, & Populi liberi. & eo dem anno uiguit bellum inter dominos de Scala, dominos Veronæ; & dominos de Carraria, dominos Paduæ: & eadem tempeſtate Dux Auſtriç nepos Regis Franciæ iuit Venetias, & fuit honoratus à Senatu populi liberi.

94 Michael † Sten, Dux ſexageſimus quintus, eligitur an no domini 1401. & obiit anno 1413. ſub hoc Principe fa cta fuit expeditio apud Modonum contra Ianuenſes, & Ve neti fuerunt victores. Qui poſt longum bellum ceperunt dominus Paduæ, & Paduam ipſam cum Verona ſub eodẽ Principe in Gallia Ciſalpina, empta poſt modum Zarra cũ ſuo territorio per Venetos 1409. à Pippo Duce Regis Vn gariç pro centum millibus aureis, & rediens Pippus ad Regem ſuum ob hoc indignatum, occiſus fuit ab ipſo Rege, & ut Parthi Craſſo aurum liquefactum, in os Pippi ſic cientis diluere fecit, dicendo, aurum ſitiſti aurum bibe.

95 Thomas † Mocenigus, fuit Dux ſexageſimus ſextus, eli-

eligitur anno Domini 1413. & obiit anno 1423.

96 Franciſcus Foſcarus, Dux ſexageſimus ſeptimus, eligi-
gitur anno Domini 1423. & obiit anno 1454. vir fuit pro
bus, expertus, & prudens. Sub quo fuit expertum bellum
contra Ducem Mediolani, facto fędere cum Florentinis.
fuit vulneratus à quodã iuuene Veneto Dux iſte inclytus,
& ilicò fuit captus delinquens, & vltimo afflictus ſuppli
cio, & Dei gratia cõualuit Princeps Venetus, qui poſt vi-
xit per multum tẽpus, & probe rexit Imperium Venetũ,
& ſenio demùm confectus periit, & huius tempore Du-
cis, electus fuit Romanus Pontifex Venetus Gabriel Cõ
dulmerius, Eugenius dictus; quo tempore fuit expeditio
Claſſica per Venetos contra Ianuenſes, & victores fuerũt
Veneti. Et quia Comes Carmignola Venetorum Dux
Generalis exercitus, ſe malè geſſerat, vt claſſis Veneta rũ-
peretur in Pado per Ducem Mediolani & Lygures confę
deratos, & nè caperetur Cremona, & retineretur capta à
Venetis, eo arte uocato ad vrbem, & iuſſu Patrum fuit de-
capitatus Comes Carmignola Venetiis, quo tẽpore Mar
chio Montisferrati iuit Venetias, & receptus fuit honorè
maximo à Senatu populi liberi, & ruptus fuit exercitus
Imperatoris Sigiſmundi per Florentinos Venetorum au-
xilio in territorio Lucæ, pluribus factis armorum expedi-
tionibus in variis locis cum Duce Mediolani, ab eo rebel-
lata Genua: & tũc venit Venetias Nicolaus Eſtenſis Mar-
chio Ferrariæ, & ob eius aduentum factum fuit nouum fę
dus cum Franciſco Sfortia Duce Mediolani, Venetis, &
Florentinis, ac Marchione Ferrariæ; pluribus primitus ex
pertis bellis, & mortuo Eugenio Papa, electus fuit Ponti-
fex Nicolaus, quo tempore Federicus Imperator iuit Ve-
netias cum vxore, vbi per Patres fuit receptus populi libe
ri ſummo cum honore, & muneribus multis: quo tempo-
re Dux Auſtrię etiam venit Venetias permagno receptus
honore; & hoc viuente Principe fuit creatus nouus Prin-
ceps Paſchalis Malipetrus ob longam ſenectutem, & pue
riles ſenſus ipſius. Sub hoc Principe Rauenna fuit accre-
ta Veneto Imperio.

terra contra Turcos, qui expugnabant Naupactum, vulgò dictum, Neapolim Romaniæ.

102 Andreas † Vendraminus, Dux ſeptuageſimus tertius, eligitur anno Domini 1475. & obiit anno 1477. Sub hoc Principe fuit variè & dubiè bellatum in variis locis apud Lyſontium, & Tiliauentum Foriulii contra Turcos. Vbi magna ſtrages facta fuit Venetorum pro fide catholica pugnantium, & Imperio ſuo Orthodoxo.

103 Ioannes † Mocenicus, Dux ſeptuageſimus quartus, eligitur anno domini 1477. & obiit anno domini 1485. Sub hoc Principe Turcorum exercitus venit in Italiam apud Lyſontium, per Venetos amiſſo Scuthero, & in Florentia orta fuit coniuratio contra Medices, qui odio proſequebantur ab inuidis ob maximam eorum virtutem.

104 Marcus † Barbadicus, Dux ſeptuageſimus quintus, eligitur anno Domini 1485. & eodem anno obiit. Optimus fuit, imbutus regiis virtutibus, huius tempore Inclytus Maximilianus Auſtriacus, omnibus ornatus virtutib. tertii Federici Imperatoris coronati filius, eligitur Rex, & Imperator Romanorum, pacato bello.

105 Auguſtinus † Barbadicus, Dux ſeptuageſimus ſextus, eligitur anno domini 1485. & moritur anno 1501. Hic fuit Princeps prudẽs, & Diui Marci palatium perfecit maximo ſumptu: huius Principis tempore ego Iulius Ferrettus Rauennas, natus fui die duodecimo Aprilis, quo die celebratur feſtum Iulii Primi Põtificis maximi & confeſſoris 1487. & eodem menſe fui baptizatus in die ſancti Marci Euangeliſtæ, vigeſima quinta eiuſdem menſis.

106 Leonardus † Lauredanus, Dux ſeptuageſimus ſeptimus, eligitur anno domini 1501. obiit anno 1520. confectus ſenio, hic prudens Princeps fuit, inuictus animo, & non proſternatus in aduerſis.

107 Antonius † Grimanus, Dux ſeptuageſimus octauus, eligitur anno domini 1520. obiit anno 1522. fuit pro defenſione Catholicæ fidei & Imperii ſui Veneti expertum nauale prælium in Turcas &c.

108 Andreas† Gritus, Dux ſeptuageſimus nonus, eligitur anno Domini 1522. & obiit anno. 1538. Hic fuit prudentiſsimus Princeps, natus ad omnem fortunam, omni expertus bello; & probè rexit Imperium ſuū Venetum. Sub hoc Principe de anno 1530. coronatus fuit Carolus Imperator per Clementem Septimum Pontificem Maximū in ciuitate Bononiæ, & Romæ eligitur Ferdinandus de Auſtria Rex Vngariæ pro Rege Romanorum.

109 Petrus† Lādus, Dux octuageſimus, eligitur anno Domini 1539. Sub hoc Duce ſecuta fuit pax temporalis inter Venetos & Turcas, dato illis per Venetos Naupacto, ſeu Nauplo Romaniæ, olim patria Neſtoris, & Epidauro nunc dicto Maluaſia, ut pax prædicta ſequeretur cum Veneto Senatu.

Franciſcus Donatus, Dux octuageſimus primus, eligitur anno domini 1545. mortuo Petro Lando. Auctor autem iſtius operis obiit octauo idus Martii, anno incarnati Verbi 1547. in terra ſancti Seuerii Capitanatæ Apuliæ, exiſtēs illius Prouinciæ, ac Comitatus Moliſii Regius Auditor, (exiſtente tunc Neapolis ac totius Regni Prorege iuſtiſsimo, Illuſtriſs. & excellētiſs. D. Don Petro de Toledo) ſexageſimum verò ætatis ſuæ agens annum. & ſepultus in æde Trinitatis, vbi extat Epithaphium ab Auctore ipſo factum. Ideò de aliis Ducibus Venetis vſque ad hæc tempore mentionem facere non potuit.

110 Quæro† de impræſtitis, an cum bona conſcientia & ſine ſuſpitione uſurariæ prauitatis emi & vendi poſsint? Dic ꝙ ſic, ita tenet Bald. in l. Cunctos populos, C. de ſumma Trin. & fide cathol. & in l. hac conſultisſima, C. de ſecundis nuptiis: Idem tenet Ioannes de Imola in l. ſi mari tus, ff. ſolu. matr. & Paul. de Caſt. in conſi. 384.

111 Conduxit† quidam nauim in ciuitate Venetiarum trium millium amphorarum vini onerandi in ciuitate Veſtarum Montis Gargani, & in terra Rhodi non longè à Syponto portandi in ciuitate prædicta Venetiarum, an pro impoſitis tantùm, uel pro ſumma capacitatis nauis ſolue-

re

re habeat naulum ſeu mercedem nauis. Dic teneri ad ſolutionē nauli pro ſumma capacitatis nauis,ſi nauis ſimpliciter conducta fuerit. Sed ſi fuerit dubium quid ſenſerit, tunc dici poſſet pro impoſitis tantùm teneri,l.fi.in princ. & in §.fin.iuncta glo.ff.ad leg.rhodi.de iactu. Vbi dicitur, quòd ſi menſura refertur ad lignum ſufficit ligni capacitas,& ſi ad onus ponderis inſpicitur menſura &c. & per Bartholum & alios ibi ſcribentes.

112 Quæro † de deiectis & in nauim fuſis de die,uel de nocte,an præpoſitus nauis teneatur ad emendationem damni? Dic quòd ſic,l.hoc edictum,§.ſi de naui, ff. de his qui deiecerunt,vel effuderunt,& inſtit.de obligat.quæ ex delicto,§.Item exercitor.

113 Contingit † nauim poſſideri per malefidei poſſeſſorem,& illam peti à domino in iudicio, an veniant in hoc iudicio naula & ſeu fructus,& ſint extimandi ipſi percepti fructus ſeu naula habita de naui, & etiam quæ percipi potuiſſent à domino petente nauim ſuam? Dic quòd ſic, l. ſi nauis,ff.de rei vendicatio.per quem textum in caſu præmiſſo pluries obtinui ſententias in fauorem pro amicis, & idem iudicaui in contingentia facti dum eſſem Regius Conſiliarius & Auditor in Prouinciis Capitanatæ, & Comitatus Moliſii.

114 Occurrit † ſi tuti ſint in nauim debitores vt ſunt in domo,vt inferius latius dicam. Dic non eſſe tutos debitores in naui ſua, vel conducta,vt in domo ſua uel conducta,l. fin. §. fin. & ibi per Alexandrum de Imola,ff.de his qui deiecerunt vel effuderunt.

115 Tutiſſimū † nempè refugium eſt domus propria vel cōducta pro debitoribus,ita quòd regulariter capi non poſſunt pro cauſis pecuniariis & ciuilibus. in argum. legis plerique,& per Doctores ibi,ff. de ius vocando,cap. Romana, §. contrahentes, extra de foro competenti. Fallit tamen regula prædicta in debito iurato, & in criminalibus,vbi pœna ſit applicata fiſco &c.

116 Quæro † ſi illata & inuecta in naui cōducta, an ſint obli

gata

mant Baldus & Salycetus in l. 3. C. eodem titulo.

119 Quæritur † ſi nauta, & mulio teneretur ad illos caſus, q bus prouidentia hominis reſiſtere non poſſet. Dic non te neri, l. 1. & per Bart. ibi, C. quæ res obligari non poſſunt; neque ad caſus tenebitur qui dolo & culpa aduerſarii contingunt, l. qui officii, §. fin. ff. de contrahen. emptio. & per Bar. & Bal. in l. falſus, C. de nautico fęnore. Et ſi datus fuerit terminus alicui agendi quid per mare, cui ſi ſuperuenerit tempeſtas, & ob hoc labitur terminus, quid agere debeat nè incidat in pœnam obligationis. Dic ſecundum Bartholum, quòd debet adhibere cautelam in l. 2. §. quid diximus, ff. ſi quis cautionibus. dicebat ibi Angelus currere tempus, ſed non cum effectu, pro quo facit glo. in cap. Cupientes, §. quid ſi per partes in verbo impedimentum, & in cap. Commiſſa in verbo Iuſto. de electio. in 6. & textus in l. fin. §. ſi propter neceſſitatem, ff. de publicanis, & vectigalibus.

120 Nauta † quidam conduxit equos duos in territorio Rauennæ in loco dicto Sancto Alberto, vltra Padum; vnũ pro trahendo nauim in flumine Padi vſque ad terram Argentæ, vt vulgò dicitur cum lanzana, & alium pro equitando ad ciuitatem Mantuæ: contingit equum qui trahebat lanzanam nauis mori in via ventris doloribus, & alium in deuio verſus Mantuam periiſſe reprehesſione, quæ ſæpe tollit equos. An nauta prędictus teneatur de morte dictorum amborum equorum. Dic conductorem non teneri pro morte illius equi, qui fune trahebat nauim, naturali morte perempti doloribus in via ſine culpa conductoris.

121 Pro † alio autem equo qui reprehesſione periit in deuio verſus Mantuam, teneri; quia vltra locum & viam iuit ad quem ire promiſerat, l. ſi vulneraueris, ff. locati. Vbi eſt caſus, quòd ſi quis ſeruum vulnerauerit eiuſdem vulneris nomine legis Aquilię & ex locato cõtra ipſum dari actionem, & alterutra contentus actor eſſe debet. Idque officio Iudicis continetur, apud quem ex locato agetur.

122 Quæro † de iure Romano, quo eſt prohibitũ filiofamilias

lias negociare, quid ſi filius negociat & mercatur publicè, patre ſciente & tacente ac patiente cum eſſet præſens & non contradixit valens prohibere. An pater teneatur pro filio ſoluere debita contracta per ipſum in negociis. Dic patrem teneri cum potuerit prohibere filio negociari, & non prohibuerit, habetur per Bal. in l. Cum oportet in 3. colum. C. de boniſque liberis, l. ſi cum vilico, ff. de inſtitoria actio. Vbi habetur per Paul. de Caſtro, quòd ille qui habet mandatū de emendo & vendendo merces, dicitur inſtitor, & ſic filius iſte erit patris inſtitor; & propterea pro eo pater tenebitur, alia etiam ratione, quia per patris taciturnitatem & pacientiam præſumitur tacitum mādatum filio datum fuiſſe negociandi, emendi, & vendēdi, l. Titianus, ff. quod cum eo, habetur per Bal. in l. 2. C. ad macedonianum, & per Alexan. in l. ſi quis patrem, ff. ad macedonianum, & per Matthæum de Afflicto in Deciſione 308. in 1. & 2. colu.

123 Nautarum † vſura Centeſima, quæ ſorti æquiperatur in anno, an debeatur pro pecunia traiectitia. Dic ꝙ eatenus uenit vſura nautica pro pecunia traiectitia, quatenus durat ſuſpitio periculi maris apud creditorem quouſqu e uenerit ad tutum portum, quo caſu ceſſant omnes uſurę, & debentur Centeſimæ. Poſtea verò veniunt communes, & non Centeſimę; & idem ſi creditor ſuſcepit in ſe periculum, l. 1. C. de nauti. fœno. cap. ea enim. cum gl. x. 1. et 2. & ibi per ſcribentes. Et nautica vſura procedit vtroque iure habetur a uthentica Ad hæc. cum ibi notatis per glo. & Doctores, C. de vſuris, & in l. 1. C. de ſum. trinita. & fide catholi.

124 Debitoris † nempè eſt periculum pecuniæ nauticæ & traiectitiæ, niſi aliud foret pactum & conuentum inter partes, l. 2. & vlti. C. de nautico fęnore.

125 Et † ille, qui ſuſcipit in ſe periculum nauigationis, intelligitur in ſe ſuſcipere periculum fortunæ, non culpa debitoris, l. 3. & per Doctores ibi, C. de nautico fęnore.

126 Quæro † ſi pęna peti poſſit pecuniæ traiectitiæ ſi per

creditorem ſtetit illam recipere infra tempus,& locum ſta tutum. Dic quòd non, l.fi. ff.de nautico fęnore.

127 Venetus † quidã mercator millia decem dedit exerci tori nauis traiectitiæ, vt ſalua naue ſortem cum certis uſu ris reciperet, Paulus Iuriconſultus reſpondit, id fieri poſ ſe,l.in quibuſquam,ff.de nautico fęnore.

128 Quæro † de fęneratore qui ſub maritimis vſuris cen teſimis mutuauit pecuniã,& quaſdã merces in nauim one ratas accepit ſub pignore, ex quibus ſi non poſſet totum debitum exſolui aliarum merciũ aliis nauibus impoſita-rum & obligatarum propriis fęneratoribus obligauit ſi quid ſuperuenerit,ſeu ſuperueniſſet pignori accepit. Quę ritur an perempta principali obligatione,pereat & hippo thecaria. Dic perire,l.fęnerator,ff. de nauti.fęn. Vbi deci-duntur plures caſus nauticæ negociationis.

129 Quæritur † ſi valet contractus factus inter patrem & filium,& ſeu matrem & filiam; & an pro contractu huiuſ-modi ſoluatur gabella in loco ſtatuti permittentis ſolui gabellam pro omni contractu. Dic quòd ſic, habetur per Romanum in l. 2.ff.de in ius vocando,& per Bar.in.l.1.C. de impoſitio.lucri deſcripit. libro deci. Niſi aliter ſeruare tur de conſuetudine:& circa validitatem contractus præ-dicti, dixi latius in Tractatu Gabellarum,num. 337.& ad prædicta faciunt notata per D.Ioannem di Firmo in lib. ſuo Gabellarũ,in 6.colum.vbi pulchrè diſtinguit,quem vi deas &c.

130 Occurrit † quòd publicani dederunt licentiam quibuſ-dam mercatoribus extrahendi frumentum, aut alias mer ces extra territorium Gabellarum, quas ipſi conduxerant à Domino Ciuitatis, vel ab aliqua Vniuerſitate,& Com-munitate habente gabellas, quantùm durabit licẽtia iſta. Dic non extendi neque durare vltra ſeptem dies,quorum duos habebunt ad arripiendum iter,& alios quinque dies ad perficiendum iter cum negocio, tenet Bar.in l. vnica, C. de tract. & ſtatuis lib. duodeci.& Romanus in repeti-tione Rubricæ de arbitris. Vide quæ ſupra ſcripſi in rubr.

de arbitris, & in tractatu Gabellarum, num. 97. & 98.

131 Quæro † de ſocio publicano, qui occultauit rem, vt vectigal non ſoluatur, vel vt alii conſocii nihil habeant pro dicta re; an habeat aliis nocere. Dic quòd non, l. fraudati, & per Imolam ibi, ff. de publicanis. Imò tenebitur aliis reficere quantùm ſibi intererit.

132 Quæro † de illo, qui fecit fugere debitorem fiſci, vel alterius; aut prohibuit illum capi, an teneatur ipſe pro eo ſoluere debitum. Dic quòd ſic, l. Quoties, ff. de exactoribus tributorum, lib. deci. Tenetur quoque ille ad ſolutionem debiti ſi è manibus Curiæ eximerit debitorem alterius, etiam ſi voluerit oſtendere, quòd exemptus non fuerit verus debitor quantitatis pro qua captus fuit, habetur per Angel. in l. ſed eximendi, ff. ne quis eũ qui inuocatus non eximat.

133 Quidam † nobilis Venetus alteri nobili Veneto vltra mare eunti mutuauit tria millia ducatorum auri cunei Veneti, & Radum ſeruum ſecum miſit ad recipiendum dictũ mutuum in ciuitate Cõſtantinopolis in feſto Natalis D. N. Ieſu Chriſti, hoc inter ipſos conuento pacto ſub certa pœna conuentionali ſeruando, tollenda à contrafaciente, ſi debitum non fuiſſet ſolutum ſtatuta die, & plus ad intereſſe teneri pro operis dicti ſerui miſſi pro exactione dicti debiti, quas eſſet amiſſurus dominus creditor propter abſentiam ſui ſerui ex cauſa dicti debiti, & ſeu debitoris moroſii, vnum ducatum pro quolibet die veniente Natale. Radus ſeruus pluries petiit à mercatore debitore dictum creditum ſui domini, & partem debiti debitor ſoluit eidem Rado ſeruo creditoris in dicto feſto Natalis Domini, & inde diſtulit ſeruus per multos dies petere reſiduum debiti, et poſtmodum inſtanter & inſtantiſſimè petere cœpit. fuit à me petitum conſilium dum eſſem Paduæ, ſi dictus mercator in pœnam inciderit contractus: Conſului quod ſic, etiam pro illis, quos petere ceſſauerat ſeruus, imò ſi non petiiſſet ſeruus, in pœnam incidiſſet debitor conuentionalem, lapſo tem

pore

pore deſtinatæ ſolutionis, ſi per eum non ſtetiſſet, prout ſtetit quo minus ſolueret, & ſi obtuliſſet, in pœnam nō in cidiſſet contractus, lapſo tempore deſtinatæ ſolutionis, ſi per eum non ſtetiſſet, prout ſtetit quo minus ſolueret. Non obſtat ſi exciperetur pro parte debitoris pœnam nō committi ſine interpellatione, quod foret abſurdum, vt ſi ſeruus petere cœpiſſet & poſt ceſſaret petere, mala detentus valetudine, vel alio impedimento, quod eſſet truffa dicere, quòd veniente tempore diei ſtatutæ ſolutionis nō inciderer in pœnam, cum dies interpellet pro homine ſi non ſoluerit, etiam ſine alia interpellatione; licèt poſteà offerat, quòd per ipſum debitorem ſtetit quòd non ſoluit.

134 Et † ſi Iudex condemnat aliquem dare centum certa die præfixa, & per condemnatum non ſtet quin offerat illa centum ſtatuta die, non incidit in pœnam: Sed ſi non adiecit diem, tunc infra modicum tempus habebit ſoluere, aliàs incidet in pœnam, l. Traiectitiæ, ff. de actionibus & obligationibus.

135 Quæro † quid ſit modicum tempus. Dic quòd ſtat in arbitrio Iudicis, qui id arbitrari habet & declarare ex qualitate perſonarum, operum, locorum, & temporum, l. ſi cōſtāte, §. ſi vxor, ff. ſolu. matrim. & l. ſi quis ita, §. Seia, et per glo. ibi, ff. de verbor. obligatio. & per Barto. in l. continuus, §. inſulam, ff. eodem titu. & in l. Item ſi vnus, ff. de arbitris, & per glo. & tex. in l. ſi poſt tres, ff. ſi quis cautionibus.

136 Quæro † de lucris nuptialibus factis per filium, aut filiam; an ſint aduentitia, vt patri quæratur uſusfructus. Dic quòd ſic, ſecundum Bal. in l. 1. C. de bonisque liberis. quod fallit in lucro per filium facto de dote, pro qua pater noluit ſe obligare, quia ſpecies data fuit in dotem, vel empta fuit ex dotali pecunia per filium; & tunc fructus ex dicta re peruenientes erunt filii & non patris, quod ſecus eſſet ſi pecunia data fuerit in dotē, & quātūq; pater noluerit promittere, nihilominus habebit vſumfructum de

eo quòd fuerit ex ea lucratus filius ſecundum Bar. in l. Cótra, §. quot, ff. rerum amotarum: & prædicta procedunt de iure communi Romanorum.

137 Contrahere, † & in iudicio ſtare, hæreditatemq́ue addire filius familias ſine patris licentia & poteſtate non poteſt, vt inſtitu. de patria poteſtate, iuncta ibi gloſa ſingulari: & hoc procedit de iure Romano, vt C. de patria poteſtate per totum titulum, & l. fin. §. neceſſitatem. C. de bonisq́uè liberis, l. ſi ego, & l. qui in aliena, & per Iaſoné ibi, ff. de acquiren. uel omitten. hęreditate; cum de patris cómodo & incommodo tractatur, l. Placet, ff. eodem, & l. 1. ff. ſi quis à patre fuerit manumiſſus, vt latè aliàs dixi in additionibus meis in Longobarda de patria poteſtate; quæ eſt contra ius Romanorum, vt eſt in hoc ius Venetorum, & Francorum qui non viuunt iure Romano, ſed proprio iure ſuo particulari nó recognoſcentiũ Imperatoré. Ita quòd filii familias Venetorum, & Francorum naturali iure liberi, poſſunt ſine patris conſenſu & licentia ſtare in iudicio, & cótrahere, & pro aliis intercedere, & valebunt acta & cótractus per ipſos facta, & initos, & tenebunt obligationes abſque alia patris emancipatione: tenebitq́ue Additio hæreditatis facta per filium Venetũ, & Francum; prout latè dixi in Additione mea poſt Bartholum, in libro Contrarietatum Iuris Romani, & iuris Longobardi in titulo de Patria poteſtate, l. in longobarda de adoptionibus, & l. ſi inter fratres in longobarda de præſcriptionibus, & de furtis, in l. liber homo, & per Iaſonem in l. Quod dicit. colum. vndeci. ff. de verbo. obligatio. & per Abb. in cap. hi. de conuerſione infidelium.

138 Stat † Rauennæ prouiſio, quòd omnes forenſes habentes bona ſtabilia in Comitatu Rauennę teneantur ſoluere æſtimum collectarum forenſium, videlicèt certum quid pro libra æſtimi librati, vel librandi; deſcribendi in libro æſtimi bonorum forenſium poſſidentium bona ſtabilia in territorio Rauennæ. Puella quædam Rauennas poſſidens bona ſtabilia, & amplum patrimonium in terri-

torio Rauennæ nupſit forenſi,& bona ſua prædicta dedit
in dotem marito,an teneatur ipſa aliquid ſoluere pro æſti
mo forenſi? Deducitur in dubium an mulier prædicta Ra
uennas dicatur forenſis cum ſequatur forum uiri,l. Mulie
res,C.de incolis, libr.deci.etiam quia mulier prædicta di
citur eſſe in poteſtate uiri,propterea videtur dicendum ip
ſam vt forenſem teneri ad onus ſoluendi collectam æſti-
mi forenſis pro dictis bonis,vt de bonis forenſibus, cuius
maritus ſit forenſis, & dominus dotis in vita ſua. In con-
trarium eſſe puto veritatem, videlicèt mulierem prædi-
ctam non teneri tanquàm ciuem originariam dictæ ciui-
tatis Rauennę,ad ſoluendum quid pro æſtimo forenſe,cũ
per matrimonium huiuſmodi non perdat ciuilitatem pa
triæ ſuæ.

139 Et † ſi ſtaret ſtatutum,quòd forenſes non poſſint ac-
quirere bona ſtabilia in territorio Rauennæ,eo non obſtã
te fœmina Rauennas nupta extra territorium poterit vt
ciuis originaria acquirere bona ſtabilia i territorio Rauē
nę uniuerſali & ſingulari titulo,quia nõ deſinit eſſe ciuis
ciuitatis patriæ ſuę per matrimonium huiuſmodi,& non
iudicatur perſona forenſis.ita tenet Bar. in l.fin.§.penul.
ff.ad municipales;& Paulus de Caſtro,in l.Rei iudicatæ,
§.Socero,ff.ſoluto matrimo.& Fely.in cap.1.extra de ſpõ
ſalibus:& latius dixi in Tractatu Gabellarum,num.587.
uidelicet Quæro de ſtatuto Rauennę.

140 Non † obſtat,quòd mulier ſequatur forũ viri,& quòd
ſit in poteſtate viri, quoniam ob hoc non ſequitur quod
deſinat eſſe ciuis Rauennas,& licèt mulier per matrimo-
nium tranſeat in poteſtatem viri, tranſit tantùm quò ad
tria,videlicèt quo ad reſidentiam, operas,& debitum car
nis, in reliquis non tranſit in viri ſui poteſtatem, ſed eſt
ſui iuris,& remanet in proprio iure ſuo,& ciuis patrię ci-
uitatis,& de agnatione ſua,cum iura ſanguinis & naturæ
nullo iure ciuili tolli poſſint,l.iura ſanguignis.ff.de reg.
iur.& l.ius agnationis,ff.de pactis,& c. Et ciuilitas origi-
nis

tis mutari non poteſt,l.origine,C.de muni. & originariis, libro decimo.
141 Quæro † de pactis debitorum an poſſint tollere iura creditorum. Dic quòd non,habetur per Bartholum in l. ſi per luſorio,ff. de appellatio. Semper enim ius tertii intelligitur exceptum à iuramento,ſecundũ Bal.in l.Nec patronus,C.de oper.liberto.c veniens,de iureiurando, l.1. & per totum titu.C.res inter alios acta,cum ſimilibus,& per Bal.in l. Conuenticulam,C.de Epiſco.& cler. & per Alex. in conſ.232.vol.
142 Quæro † ſi pactum fuerit inter contrahẽtes, quòd creditor poſſit auctoritate propria rem hipothecatam apprehendere,& capere poſſeſſionem. Dic tale pactum valere, l.1. C.de pactis pigno. & in l. ſi fundum,§.1. ff.de pigno. & per Bar.in l.Creditores,C.de pignoribus.
143 Quæro † de emptione facta rei ſtabilis cum pacto de reuendendo,an tale pactum ſit in preiudicium vicini, & præiudicet vicino in iure præſentationis,ſeu cõgrui. Dic quòd non,habetur per Bal.in Rubrica de contrahen.emptio.& per Paul.de Caſtro in conſil.328, incipiẽte in cauſa mota per D.Dorotheam.& ſic licebit vicino facere depoſitum pro iure ſuo congrui.
144 Et † quia mercatores procedunt ſimpliciter de bono & æquo,fugiendo lites,ſumptus,labores,& expenſas,iudiciorumque anfractus,compromittunt in amicos,vt in arbitros arbitratores,& communes amicos. Quæritur ſi ſit ſtandum arbitrorum iuris ſententiis,& illis parendũ de iure.Conſului quòd ſic,ciuili iure uidelicet,l.1.C. de arbitris,& l.diem proferre,ff.de arbitris.Secus de iure Canonico,c.Statuendum ſecun.quæſtio.ſexta.
145 A ſententia † quæro Arbitri iuris an de iure poſſit appellari,regulariter.Dic quòd ſic,ſecus à laudo arbitratoris,à quo nõ appellatur,ſed reductio poteſt ad arbitriũ boni uiri,ſcilicet Iudicis ordinarii,l.ſi ſocietatem,§.fin.& per Bar. ibi, ff. pro ſocio,l.ſi libertus,ff.de operis libertorũ; c.Quintauallis,& per Doctores ibi,extra de iureiurando.
Et

Et vir bonus dicitur Iudex ordinarius,l.continuus, ff. de verborum obligationibus.
146 Quæro † ſi ſententia Iudicis ordinarii poſſit fieri de nocte. Dic quòd non,regulariter,§.ſedebunt,authē.de iudicibus,& per Baldum in l.Non minorem, C.de traſactionibus,l.more Romano,ff.de feriis licèt Angelus dixerit ibi poſſe fieri ſi partes fuerint præſentes & contententur illam proferri de nocte,quoniam aliis non præiudicaret niſi partibus ipſis;ſed caueant de nullitate,quia ſententia nulla eſſet inexequibilis.
147 Quæro † demum de caſu occurrenti ſi mulier posſit ꝑ debito ciuili detineri & carcerari. Dic quòd non,authē . nouo iure,C.de cuſtodia reorū,l.1.C.de offic.diuerſo.iudi.habetur per Bar.in authen.Matri & Auiæ, C. quando mulier offic.tutel.fungi poteſt,& per Bal.in l.1.C.Qui bonis cedere poſſunt,& in l.1.ff.qui ſatiſdare cogun. & per Ioan.de Imola in l.ſi quis poſt,ff.de teſtamen. & per Marſilium in practica ſua Criminalium,in §. attingam,nume. 63.Fallit tamen in meretrice innupta, habetur per Rom. in l.Alia,in §.eleganter,ff.ſolu.matrimo. etiam ſi mulier non meretrix fide iubere non poterit,carcerari nō debet, habetur per Bal.in l.4.C.de Epiſco.audien. Et meretrix nupta carcerari etiam non poterit,vt mulier honeſta pro debito ciuili,habetur per Bal.in l.Conſentaneum,C quo modo & quando Iudex,& per Angel.de Peruſio in l.1.C. de cuſtodi.reorum,& per Ioannem Andreæ in additio.ad Specul.in titu.de iniuri.& dam.dato; habetur per Marſilium in ſingulari ſuo 248. incipiente conditio mulierum &c.Detinebitur tamen ſecundum Bartholum mulier pro cauſa adminiſtrationis tutelæ filiorum in l.ſi quis ſub cōditione,ff.de teſtamen. tutela; & in dicta authen. Matri & Auiæ,& in Tractatu ſuo Carcerum.ſed ob hoc non conuenietur mater in plus, quàm facere poteſt.l.ſunt qui.in fi. ff.de re iudicata:& hac ratione tenet Cardinalis Alexandrinus in c.Ex parte de appellatio.matrem pro dicta cauſa carcerari non poſſe ex priuilegio mulierum;& idem voluit

voluit Albericus de Roſate in l. Vbi ad huc. uigeſ. 1. columna, C. de iure dotium. adducens rationem, quod per ceſsionem bonorum quis etiam non priuilegiatus euitat carceres, l. 1. C. qui bonis cedere poſſunt: & hanc partem ſequitur Hyppolitus Marſilius in practica ſua Criminalium, in § Attingam in, nume. 63. 64. 65. 66. & 67.

LIB. DECIMVSTERTIVS, DE RE NAVALI,

ATTICI Duces qualiter victi fuerunt à Syracuſanis in aqua & terra, numero 17. 18.
Auguſtus qualiter Marcum Antonium, & Cleopatram ſuperauerit in terra & aqua, num. 13. 14. 15.

Bella Naualia qualiter ſint Crudelia, numero 8.

Cæſar in pugna maritima qua arte hoſtes vincebat, nume. 3.

Decimas an Papa tollere poſſit, numero 27.

Famulus diſcedens à Domino, an iure poſſit impunè aliquid furari à domino pro ſuo ſalario, num. 24.
Famulus diſcedens ſi propriam veſtem abſtulit à domino an teneatur pœna furti, numero 24.

Gilippus Lacedemonius qua arte uicerit Atticos Duces, numero 20. 21. & 22.

Ius Poſtliminij quid operetur, numero 22. 23.
Iuriſdictio qualiter queratur, & præſcribetur tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium, numero 25. & 26.
Iuriſdictio tota an præſcribetur in vno tantùm loco exercitata, numero 28.

Lyſander quale conſilium dederit Cyrro Regi pro victoria, nume. 21.

Mare tranquillum eſſe debet tempore belli maritimi, numero. 9. 10.

Ordo claſsis prodeſt in pugna valde, numero 19.

Pugna qualiter ſit cautè facienda in mari, numero 6. 7.
Pugna claſsica qualiter fiat, nume. 1.
Princeps an poſsit habilitare impræſcribilia vt præſcribi poſsint. n. 27
Pugna claſsica qualiter & quando ſit facienda in mari, numero. 2.
Pugna tempore in mari facienda quæ ſint conſideranda pro victoria, numero. 2. 5.
Pugna qualiter olim per Ianuenſes & Græcos contra Venetos, & Hiſpanos confœderatos, numero 3.
Piſiſtratus Dux Atticus qua arte vicerit Megarenſes, numero. 16.

Reges qui nam erant illi, qui fuerant cum Marco Antonio confœderati contra Auguſtum, numero 14.

Seruus captus ab hoſtibus an hæres inſtitui, & ipſi quid legari ritè poſsit vt valeat, numero 23.

Themiſtocles qua arte vicerit Regem Xerſem, nnmero 4.

Veneti qualiter contra Lygures pugnarunt apud Ptolomaidā, nu. 8.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De ordine tenendo in claſsica pugna.

Quæ ſit habenda conſideratio temporum, elemẽ torumque, paſsionum cœleſtium, antequàm pugnetur.

De iure Poſtliminij.

Qualiter poſſeſsio iuriſdictionis quęratur, & pręſcribetur.

DVCES naualis prælii, accepto prius conſilio ab expertis ſuis Cõſiliariis, & à Nauareis, ſeu Pilotis, ita vulgò
1 dictis, de ventorũ & tẽporũ natura, aſperitate, & proſperitate, hoſtium qualitate & quantitate, locorũ bonitate & malignitate, vt aliàs dixi; & de ſcamnorum ſaxi & harenæ triſtitia, occulutorm mótium, ſaxorum, & ſcopulorum, & de aquarum natura, abundantia, charentia, ſiccitate, & profunditate. Deſignato & capto loco Claſſe, vbi ſit profundior aqua, vt naues vento, vel remigio impulſæ aptius valeant pugnare, facta prius ſuæ claſsis experientia, & ea probè inſtructa, ordine ſibi dato pro pugna antequàm curſus dirigatur in hoſtes, flectendo gubernacula, & trahendo remos, aptando ferreas manus, & alias machinas cum vncis, tabulatis, falcibus, ſecuribus, bipennibus, acutis trabibus, & aliis tormentis bellicis neceſſariis ad bellum per tabulata & alia loca optimè & oportunè locatis, arte ordinatis militibus gradu pendente benè inſtructis ad pugnam, vbique prouiſo ad res ſubdiras; de eorumque pluries facta experientia cum ficta militia na-

ualis expeditionis, nè perorefcant pugnandi in claſſe com miſſo certamine cominus bellando in hoſtes, eminuſque ſagittis appetendo conſtitutos & auſos pugnare paratos cum nauibus ſuis, animo mergendi hoſtium claſſem deſiliendo in eam, operando gladios & alia arma, machinas, & inſtrumenta bellica, opprimendo hoſtes nauigio, & illorum naues capiēdo; ſuorum optimè militum & remigum ordinato agmine ſuper nauibus ſuis, augēdo & minuēdo numero in locis deputatis neceſſariis & oportunis, ipſis illicò occurrendo & ſuccurrendo in omni gradu, & loco, ſecundum oportunitatem ſuorum, attenta qualitate & numero claſsicæ gentis.

2 In † tranquillo, & non in tempeſtuoſo mari, libero & aperto Marte à longe gradatim, vt pluries aliàs dixi, bellicis operatis & expertis primitus inſtrumentis, tartarei ignis maioribus, & deinde mediis, & minoribus, vt hoſtiles naues ſubmergantur, iuxta illud Cordubenſis Poetæ Lucani.

Propè ſemiuſta merguntur in equore claſſes,

Iamq; hoſtes & tela natant, &c. Primò poſitis ſignis in oportunis locis, probè peràtea notatis à nauareis, vbi ſint ſcopuli & ſaxa, montaneaque ſcamna, & harenoſa, malaque vada in terra ſicca, & probè conſideratis occultis ſaxis ab hoſtibus incognitis, ibi reducendo arte hoſtium claſſem, vt collidatur & rumpetur, occupeturque in loca ſyrtoſa & periculoſa, ualde ſimulando quandoque fugere, vt hoſtes ipſos inſequantur, & incidant in ſcopulos, ſyrtes, & mala vada.

3 Cæſaris, † & antiquorum Imperatorum exemplo rei militaris, & belli naualis expertorum, qui pluries fœliciter in aqua pugnato, arte tali hoſtibus inſidiando claſſem ſuā illaquearunt, illam reducendo in arctis & anguſtis locis, vbi omnes naues pugnare non poſsint loci natura & impedimento circunuenti, vt olim contingit apud Boſſorū Thracium in Argolica terra, ab vna partium diſtante ab alia per tria milliaria paſſuum, quarum altera partium eſt

rupta, quædam & ab alia eſt Aſia & arctum ſinus faciũt de uia facta per montem ruptum ab Athlante, per quem datur introitus Oceano in Mediterraneo ſecundum Platonem; & ſunt ora maris per quæ ingreditur Oceanum, & Boſſorus nuncupatur, & Thracium à parte terræ, & ab alia ripa, vbi, vt aliàs dixi, maxima & ualde ſanguinolenta clades fuit inter confæderatos Venetos & Hiſpanos ab vna parte, & Ianuenſes & Græcos inſimul colligatos ab altera ex aduerſo bellantes in tenebroſa nocte: Ita quòd amicorum arma, non cognitis amicis, amicos ſuos, vt hoſtes perdiderunt in arcto deductos cum claſſibus ſuis.

4 Inclyti † Ducis Themiſtoclis, Athenienſium Ducis exẽplo cõtra tumidũ dimicãtis ſuper equora Xerſem, quẽ cum claſſe noningentum millium nauium, cum millibus ſeptingentis hominum vicit apud Salaminam, actum par uũ & anguſtũ locũ, cũ parua Græcorum manu in militia expertorum, loci natura ſibi ſuffragante, vbi Xerſes ſua lõga multitudine Veneris amica, & inimica Martis tota no cte primò arte retenta per Themiſtoclem in vigilia, victus permanſit, & ex illis tantùm fugerunt Rathes ducentum & ſeptem; & inter denſa Perſarum cadauera vix ipſe euaſit nauicula una ſuperbus Xerſes, Iuxta illud Aquinatis Poetæ Iuuenalis.

Sed qualis reddit nempè vna naue cruentis,
Fluctibus, & tarda per denſa cadauera prora.

Diuino quidem iudicio eſt damnata ſuperbia in omni negocio, Lucifer dedit exemplum, qui paradiſum domina ri intendebat ſuperbia, & nõ parere Deo & Creatori ſuo, cuius mente vnius tantùm Michaelis Archangeli virtute cecidit è cœlo vnà cum ĩnumeroſis ſequacibus ſuis ſuperbis: & Xerſes in terra & aqua, ſuperbia ſua credebat totũ Orbem inglutire, vt Pharaon cordis indurati erga Deum, & ſuperare uiribus ſuis humanis mortales omnes longiſſimo congregato exercitu, vt Cordubenſis cantat Lucanus.

Talis fama canit tumidum ſuper equora Xerſem,
Conſtruxiſſe uias multùm cum pontibus auſus;

Europam-

Europamq́, Aſiæ, Sex:umq́, admonuit ab Ido.
Inceſsitq́, fretum rapido ſuper Eleſponto.
Non Eurum, Zephirum timens cùm vela rateſq́,
In medium deffcret Athon &c.

Qui mons fuit altiſsimus in Macedonia, vt in li. 5. Hiſtoriarum ſcribit Herodotus; iuſſu Xerſis mille & quingentis paſsibus abſciſſus, & inde nauigatus Perſicis claſsibus. vnde Iuuenalis in decima Satyra contat, Athonem fuiſſe velificatum.

Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in hiſtoriis conſtructum claſsibus iiſdem;
Suppoſitiſq́, rotis, creditur, altos deſeciſſe amnes.
Epotoq́, flumine Medo.
Prandente, & madidis cantatq́, Soſtratus alis.

5 Et † antequàm fiat claſsica expeditio, tenentur nauigiorum Duces optimè conſiderare tempora & paſsiones elementorum cœleſtium, & cum nubes in montium cacuminibus conſederint, ſi propè hiemale tempus fuerit, hiemabit cito, & ſi pura fient cacumina diſſerenabit, & ex iis tonitrua matutina ſignificabunt ventos, & meridiana imbres, nebulæ autem ex montibus deſcendentes aut cœlo cadentes, vel vallibus ſedentes ſerenitatem oſtendunt; & cum ſereno cœlo fulgent ſtellæ pluuias; & ſi volitare videbuntur plures ſtellæ & repentè earum ſplendorem ebetare neque nubilo, neque caligine tempeſtates ſignificant. Albeſcentes autem ventos ex his partibus denotant. Et ſi in pluribus furentes & inconſtantes indicant ventos claſſi nociuos: Nam fugiens Xerſes ſolutis pontibus hibernis tempeſtatibus tepidus ſcapha peruenit in Seſtum.

6 Et † ſi contigerit hoſtium claſſem fortiori nauigio proſequi catholicorum claſſem in fuga, proderit quando ſimulato ſtare, fingendo ſe dato ſigno præparari ad pugnam, vt hoſtes hoc videntes tormentis bellicis fortè carentes ſe dimiſſo remigio accingent & arment pro bello futuro cum galeis, toracibus, & aliis armis pro defenſione neceſſariis, & capto tunc per Catholicorum remiges aliquali

ſpiritu

ſpiritu poterit claſsis forti remigio accellerare iter,& hoſtes armati non ita de facili valent claſſem ipſam inſequi ob pondus armorum,& gradatim in fuga poterint remiges mutari remigando,ſemper fugiendo,nè tempus conſeratur, & ſpatium arte capietur cum claſſe reducendo illam in locū tutū,uel aliter illā ſeruādo ſui Duci prudētia.

7 Et † è contra ſi contingerit Catholicos cum ſua claſſe proſequi hoſtium claſſem fugientem, animoſorum pars militum,aliis à remigio non ceſſantibus proſequi hoſtes, qui abſque mora in timore poſiti ſuperabuntur exercitio militari,ſpoliando,mergendo,diſſoluendo,& pertundendo, funes excidendo & conſcindendo, hoſtilia vela & de mari anchoras inuoluendo; & nauibus inſimul iunctis in lateribus,& prora vel pupi cum ramponibus, & cathenis ferri ligatis,& artificioſo igne & ferro hincinde offenſis. Periculoſè pugnatur in mari,& triſtis ignauia perit,& ſubiugatur ab animoſa celeritate.

8 Exemplum † olim dedit Lygurum rupta claſſis à Venetis inter Tyrum, & Ptolomaidam;& alia vice apud Trapanum.& caſus adeò fuit & cædes crudelis,quòd me legendo lacrymare coegit,cum inter Catholicos ſecuta fuerint talia ſcœua geſta. Et quantùm ſint crudelia bella naualia quilibet ſani capitis iudicare poteſt,vbi quis fugere non poteſt,& ibi nulla habetur pietas, & miſericordia ceſſat bellantium in mari,qui ſæpe fiunt cibi piſcium;& ſoli pro Deo pugnantes mortui uiuunt cum gloria,& in cęleſti sūt collocati patria morientes in Domino.

9 Curandum † eſt in bello maritimo haberem are ſemper tranquillum,quod placari & de fluctuoſo leniri, vt dicit Vegetius in libro rei militaris,oleo arte in eo ſparſo a uara manu.

10 Et, † vt aliàs dixi,utile eſt conſilium pugnare cum claſſe maritima freti ceſſante tempeſtate, cum fluctus turbati ſint accerrimi hoſtes claſsis.

11 Commendatur † in re nauali prouidentia, patientia, prudentia,& diligentia,ſolicitudo, conſilium,& experientia

tia Ducum, Gubernatorum, & Nauarcorum. Laudatur fortitudo & peritia remigum, virtus quoque, animus, prudentia, & conſtantia bellantium in claſſe.

12 Conſilium † dedit Lyſander Regi Cyrro, vt unicuique ex nauigantibus in claſſe augeret obolum, & magis læta claſsica Cyrri fuit ob auctum premium; & tale conſilium vtile fuit, q̃a trãsfugauit hoſtiũ remiges ad Cyrri claſſem in Sardinia. In omni bello prodeſt munificentia Ducum, & militum experientia.

13 Non † dubitauit Octauianus Cæſer Auguſtus Imperator Romanorum cum claſſe ſua expertorum militum parata Brunduſii, & Taranti, Duce ipſius claſsis Ducentarũ & quinquaginta tantùm nauium conſtituto Tauro uiro experto nobile Romano, ipſo Auguſto tenente exercitũ ĩ terra octuaginta tantùm millia peditum, & ducentorum, & duobus equitibus leuis armaturæ tranſcurrere cum ipſa claſſe & gente prædicta armis experta; ab Illirico vſque ad heſperiũ Oceani, & ad Thyrrenum & ad mare Siculum & Lybicum quantùm fuerat ex oppoſito Italiæ, Galliæ, & Hiſpaniæ, vſque ad columnas Herculis. Nec expeditionem facere contra Marcum Antonium in omni doctũ Marte, qui multa bello ſua virtute Romano imperio quęſiuerat Cæſaris auxilio.

14 Nam † Marcus Antonius lõgè maiorẽ claſſem, & exercitum tenebat, quàm Auguſtus haberet. Claſsis enim Antonii erat quingentarum nauium, & exercitus ĩ terra cẽtum millium peditum, & viginti millium equorum ab Euphrate, & Armenia occupatum vſque ad Ionium, & Illiricum auxilio Aegypti Bachi Regis, Lybiæ Tharcodemi Regis Cyliciæ ſuperioris, Celeſoniæ nuncupatæ, Archilai Regis Capadocię, Philadelphi Regis Paflagoniæ, Mithridatis Regis, Comaginis, Adoli Regis Thraciæ, qui præſentes erant cum Marco Antonio, & illius valde amici. & nonnulli alii Reges Antonii amici, præter prædictos in præſidiũ Antonii miſerũt copias ſuæ gentis, videlicet Rex Arabiæ Herodes, Rex Ponti Polemones, Rex Iudeæ

Mancho-

Manchora, Rex Liconiæ Medorum, & Gallatiæ Amintes Duce omnium exiſtente Antonio, & Ventidio experto Duce. Et à Cereneo vſque ad Aethyopiam claſsis Antonii tenebat inexpers erat maritimi belli, & fortior erat. Et Cleopatra fuit ingreſſa claſſem, & illam fuit inſecutus Antonius, qui ſuam probè inſtruxit claſſem ad bellum, diuiſa claſſe, ſe poſito in dextro cornu vnà cum Publicola; & Celio dedit ſiniſtrum cornu, & M. Octauium, Marcumque Niſeum in medio poſuit nauigiorũ ſuorum omniũ.

An onius ĩ t na, & a- qua, quam foret.

15 Ex † aduerſo Cæſar primus nũcupatus Auguſtus, cum Thauro ſuo Duce, acies ſuas claſſicas iuſtruxit more terreſtris belli, multa cogitãdo vidẽs hoſtes ſparſos ĩ alto, illos ĩ medio poſuit naues leuiores & celeriores cõtra grauiores Antonii poſuit, & Antonii inimicos in fronte & cornib. ꝑpoſuit, vt acrius, duriusq; & pertinacius pugnarent: & cõmiſſo prelio Cleopatra fugit, & illam ſeruauit Iapiga, Antonio in pugna durante, qui dum foret impetu maximo aggreſſus à naue cuiuſdã Euriclidis Lacedomonii inimici Antonii, tunc Auguſto in alto pugnante & claſſem Antonii conquaſſante. Et dum Antonius interrogaſſet Euriclidem, qui cum ſua naui obruerat nauim vnam propè nauim Antonii, quis nam foret, credens ipſum poſſe corrũpere pecunia oratoria ſua arte, pretio & muneribus pollicitis multis, cui reſpondit Euriclides. ego ſum Euriclides Lacedemonius, nam patrem meum Lacharem ad mortẽ condemnaſti pro latrocinio, & cum fortuna Cæſaris volo contra te vltionem meam facere; & irruendo in ipſum, nauem aliam Antonii nauis ſociam merſit, & tunc Antoniũ uerſit in fugam, illum inſequendo remigio ſuo, quem iungere non potuit. & uictor Cæſar permanſit, & triumphator in hac nauali expeditione. ex gente Antonii periere millia quinque, nauibus captis tercentis, & de nocte ad Cæſarem fugit Ventidius Dux claſsis Antonianæ; quo audito per milites Antonii, ſequenti die transfugarunt ad Cæſarem. Et qualiter Cęſar vniuerſum ſtatum Antonii, & Cleopatrę bello quęſiuerit, & uictor triumphauerit, &

qualiter Antonius & Cleopatra perierint, dixi in alio libro Illuſtratæ & Inſtauratæ militiæ, in uariis locis, vbi me breuitatis cauſa refero.

16 Piſiſtratus † Dux Athenienſium, capta per ipſum claſſe hoſtium ſuorum Megarenſium, qui de nocte iuerant ad Eulyſinã, cauſa rapiendi certas Moniales Veſtales, Athenienſium falſæ Deæ, Cereri conſecratas, primò ſe vindicauit ab hoſte, captis eorum nauibus claſsicis; & naues quas ſua uirtute ceperat in bello nauali partim impleuit militibus ſuis Atticis cum matronali habitu ueſtali, vt viderentur fœminæ captiuæ, & illas iusſit pręcedere in loco aperto, vbi uidebantur ab hoſtibus in Colle morantibus, qua de cauſa decepti fuerunt Megarenſes deſcendentes de colle, credentes eorum fuiſſe claſſem cum preda fęliciter redientem in patriam, & inermes obuiam illi venerunt lætantes de preda, & denuò à militibus Piſiſtrati fuerunt oppresſi, & capti arte tali.

17 Et † dum Demoſthenes Dux Atticus vellet redire Athenas cum claſſe, & ſe excuſaret ob peſtem, & alias malas conditiones, & quòd à patria nullum amplius ſperabat auxilium, & quòd erat autumnale tempus, & multis ex ſuis infirmabantur, & quòd Sicilia laborabat epydimia.

18 Et † ex aduerſo, Nicia etiam Dux Atticus prudenter reſpondebat ſibi diſplicere dictas malas conditiones, quibus clasſis vexabatur; & quòd modo pro honore patrięnõ erat cum claſſe nauigandum Athenas prohibito autumnali tempore, quo mare ſæpe ſcæuit uentis; & vt ſuorũ fugeret calumnias, & quòd magis volebat pati aduerſa ab hoste, quàm à ſuis ciuibus: & indignatus talia dicebat Nicias ſe magis ſuorum ciuium timere calumnias, quàm arma hoſtium: & locum mutauit cum militibus ſuis longè ſemotus ab hoſtibus; & Nicię ſegnitiem incuſabat Demoſthenes cum militibus ſuis, inquiens ſe uelle redire in patriam, & non vlterius experiri vltimam fortunam Atticorum inuidia proſequendo Niciam, qui ſua uirtute tantas glorioſas victorias habuerat tempore ſuo; & erga milites

inquit Demoſtenes, illos præparari pro reditu ad patriã: & quia tunc luna propter oppoſitionem terræ obſcurata erat, & retardabatur nauigatio de nocte, nolens uideri ab hoſte de die, & in loco mutato per Niciam & Demoſthenem Atticos Duces tot dimorarunt cum copiis ſuis ex cauſa dictæ Lunæ, donec Syracuſani cum gente & claſſe ſua terra, marique illos fuerunt aggreſſi, reſtringendo Atticos in uallo, ſtationibus, & muro per ipſos fabricato; nauibus in alto loco, & ordine inſtructis militari, occuparunt focem portus, ita quòd ab omni parte congregatæ fuerunt naues innumeroſæ. Et tunc Heraclides Syracuſanus arte pertranſiuit ante hoſtes cum trireme, quem Attici fuerunt inſecuti, & illum cepiſſent, niſi fuiſſet occurſus à Pollico ipſius patruo cum decem triremibus quas ipſe regebat, & hunc omnes alii Syracuſani fuerunt inſecuti nauigio contra Athenienſes, & commiſſo generali bello nauali, uicti Attici permanſere: qui per terram poſtmodum curabant receſſum ſuum in patriam, & ilicò Nicia ex ſuis fortioribus militibus impleuit centum & decem Triremes, ducentum in hac pugna perditis Triremibus, vnà cum onerariis nauibus Atticis; reliquo exercitus ĩ arcto loco in littus conſtructo, & pro redditu in patriam prę parauerant neceſſaria, putantes Syracuſanos non fore ſibi nocituros, qui ſe in nauibus reduxerunt animoſe pro pugnæ fine; & cõmiſſo prelio per certum temporis ſpatium fuit variè & dubiè pugnatum, & demum Attici uicti permanſerunt à Syracuſanis Duce Gylippo Lacedemonio.

19 Et † magis nocuit Athenienſibus ordinatio ſuę claſſis, quàm uires hoſtiles, ita quòd dum eorum naues omnes acie inſtruxerint & ordinauerint inſimul currentes vna retrò & contra aliam, ordines Athenienſium rupti fuerunt pugnando cum ſuis nauibus ponderoſis cõtra leues & expeditas triremes Syracuſanorũ, qui aliis armis nõ fuerũt vſi in dicto nauali bello, ſaxis exceptis, cõſilio Ducis Chorintiorum, qui inter primos perit in dicto certamine Atticis pugnantibus ſagittis, quibus leuiter lædebantur ho-

ſtes ob aquæ motum magnarum nauium,& tali finito bello maritimo,illi Athenienſes,qui in littus reducti fuerant in malo ſtatu permanentes decreuerunt de nocte matura re fugam per terram,& inde per aquam petere Athenas.

20 Quo † uiſo per Gylippum, iuſſit ſuis,vt claſſem præpararent in mari,& exercitum in terra,arte miſſo Hermocrate Syracuſano ad Niciam nomine illorum, quibus Nicia fidem dabat pro pace futura vt illa nocte differet iter, & vt tempus haberet congregandi exercitum cum claſſe, & ita fecit Nicia ſuis retentis,qui ſe iam nauigare & meare Athenas præparauerant.

21 Et † inde Gylippus ſe die & nocte non ceſſauit circuire Atticos per aquam & terram,& victor extitit,capta claſſe Athenienſium cum Ducibus ſuis,multibus ex illis cęſis & captis cum ingenti preda,& ſuis glorioſè intrauit Gylippus Syracuſas canentibus militiæ laudes &c.

22 Et † quia in re nauali contingit multos fieri captiuos & illos pro ſeruis habere,& in ſeruitutem reddigi,quid iuris ſi quis liber captus in bello fugerit de manu hoſtium, & ſeu ab hoſtibus,An liber vel ſeruus ſit? Dic liberum eſſe, & iure poſtliminii priſtina iura conſequitur, vt latius de hoc iure poſtliminii & materia ipſius dixi in Tractatu De iuſto & iniuſto bello, vbi me remitto cauſa breuitatis.

23 Quęro † de ſeruo capto ab hoſtibus, an legari uel hæres inſtitui posſit pendente iure poſtliminii. Dic quòd ſic,l. Quod ſeruus ab hoſtibus,ff.de leg.primo.

24 Famulus † cuiuſdam nautę non ualens recuperare ueſtem ſuam griſii à patrono nauis retentám, ſurripuit patroni diploidem vnà cum ſua veſte griſii,putans eſſe ſuam prout erat,captus fuit,An puniri debeat de furto utriuſque,uidelicet veſtis & diploidis.Dic de veſte griſii nō puniri quia ſua eſt,ſed pro diploide tm̄ nō ſuo puniri,quod facit pro ſtatutis imponentibus pœnas furibus pro furtis paruis paruas pœnas,& pro furtis magnis magnas & corporales pœnas, l.vulgaris,§.quod & ſi quis,ff.de furtis:ꝙ etiā procedit, ſecundum Theologos,quod latè diſputaui in

in alio libro militaris Diſciplinæ, vbi me reffero.licèt D. Andreas de Iſernia in l.Hac editali ĩ uſibus feudorum,in titulo De pace iuramento firmanda,videatur tenere con trarium,uidelicèt,quòd pro re ſua experiat iudiciali uia, non dicendo ſibi ius auctoritate propria.Tu dic & diſtingue,vt aliàs dixi in tractatu De iuſto & Iniuſto bello. &c.

25 Quæritur † modo qualiter generalis quaſi poſſeſſio quæratur Iuriſdictionis,& an per vnicum actum acquiratur. Dic quòd ſic,ſi unicus actus exerceatur iuriſdictionis, & non præſcribitur ex actibus exercendi, niſi in illis dumtaxát,in quibus ſit exercitata:tenet Bar.in l.Cum de in rem verſo,ff.de uſufructu,& in l. ſi publicanus,§. in omnibus, ff.de publicanis,ad prædicta faciunt notata per Innocentium in c. Dilectus de capitulo monachorum,& procedunt in acquirenda Iuriſdictione ipſa, & non in retinenda,cum tota retineatur etiam per vnicum actum exercitatum,vt dicit Bartholus in l.Arboribus,§.de illo.ff.de vſufructu.

26 Et † quaſi poſſeſſio exigendi quid pro Iuriſdictione retinetur animo,& dicitur habere cauſam cõtinuam,vt dicebat Bar.in l.Iuſto,§.non mutat,ff.de uſucapionibus. & eſt ſpeciale in tali iure habente cauſam continuam,quòd requiratur præſcriptio tanti temporis,quòd hominum memoria non extet in contrarium,vt ſuperius dixi. Quod ſecus eſt in ſeruitutibus realibus habentibus cauſam continuam,in quibus ſufficit præſcriptio longi temporis,l. 1.& 2.& per Bar.& alios ibi ſcribentes,C.de ſeruitutibus.Sed in habentibus cauſam diſcontinuam requiritur dicta præſcriptio tanti temporis,quòd non ſit memoria hominum in contrarium,ſecundum Baldum & doctores ibi,l.1.& l. ſicut,C.de præſcriptio.triginta annorum;& in l. ſeruitutes,C.de ſeruitutibus,& per Bar.in l.foramen,ff.de ſeruitutibus urbano.prædiorum;& Bal.in l.fin. C. de præſcriptionibus longi temporis.

27 Eſtque † notandum,quòd in iis quæ non ſunt quæſibilia ſine ſpeciali ceſſione Principis, tollerantia ſuperioris

non

non iuſtificat geſtum,quantumque temporis curſus inter uenerit, vt tenet Dominicus de Sancto Geminiano in c.2.de præbendis.inferens ad quæſtionem,quòd licèt Papa tolleret decimas non ſolui per laicos,non tamen videtur aliquod ius queri per laicos non ſoluendi decimas.

28 Nec † præſcribitur tota Iuriſdictio in vno tantùm loco exercitata,& non in alio non exercitata loco.c. Cũ olim, & c.Auditis,de præſcriptionibus.& per Bar.in l.ſi vnus,& in l.vna eſt via,ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum; & in regula Odia in ſexto, eſt bona gl.& in Clemẽtina prima de renunciatione.

LIBER

LIB. DECIMVSQVARTVS, DE RE NAVALI.

CAPTORVM teſtamento factum in terra hoſtili an valeat, num. 29. 30.

Capti in bello an ſerui fiant capientium, numero 30.

Catholici quando habent pugnare cum claſſe Infideliũ, numero. 7.

Claſſis nomen eſt generale in mare, vt exercitus in terra, nume. 22.

Codicilli an valeant ſine legatis, numero 25.

Confiteri peccata ſua qualiter habeant Catholici, antequàm claſſica pugna fiat, num. 3. 4.

Confeſſio peccatorum facta Deo, & Sacerdoti quanta ſit bona & proficua pro animarum ſalute, numero 4. 5.

Confeſſio facta proxima neceſſitatis tempore prodeſt animabus, numero 4. 5.

Confeſſio peccatorum quanta ſit meritoria & ſalutifera pro ſalute animarum, numero 4. 5.

Deus odit mente ſuperbos, & illos deponit, & exaltat humiles, nu. 2.

Deus eſt perorandus antequàm expeditio fiat, numero 4. 5.

Eccleſia pro naui, & Republica Chriſtiana habetur, numero 15. 16.

Fugientes peccata, & ſe ratione, & ſpiritu recto viuentes, & contra malos ſpiritus bellantes, merentur Regnum cœleſte, numero 20.

Filius familias, qui iniuriatus fuit parentibus ſuis publicè, dignitatem militarem conſequi de iure non valebit, numero. 21.

Legatus Prædiorum maritimorum an pro acceſſorio accedant ſerui & piſcatoriæ, numero 31.

Militis

Militis Priuilegium quod nam ſit in teſtando, nume. 23.
Miles an per Epiſtolam legare poſſit bona ſua conſanguineis, nu. 24.
Miles qui fuit teſtatus, & inde deliquit, an teneat teſtamentum, numero. 26.
Militantes, & alij nauigantes in claſſe an teſtari poſſint militari iure, vt faciunt milites in caſtris priuilegio ſuo, nu. 27.
Miſſa ſi licitè celebrari poteſt ſub diuo & in tentorijs, numero 9.10.
Miſſa ſi licitè celebrari poteſt in mari, & nauibus, numero. 9.10.

Nauis Apoſtolorum paſſa fuit tempeſtatibus multis Diuino nutu, vt probaretur eorum virtus patientiæ, numero 12.13.
Nauis Pauli firma fuit, numero 13.19.
Nauis Petri titubauit, ſed firma permanſit, numero 13.
Nauis Petri fluctuabit, & nunquàm perit, num. 13.14.15.
Nauis ſignificatus quid ſit, numero 15.16.
Nauis perire poſſunt ob graue pondus, numero 18.
Nauarci & triarci qui nam ſint, num. 28.
Nautæ an gaudeant priuilegio militari dum ſunt in claſſe & citra, numero 27.

Oratio facta Deo prodeſt in omni bello, numero. 8.

Petrus Apoſtolus fuit optimus Dux & fidelis in Naui, nume. 14.15
Prælatus Eccleſiæ ſuſtinet in ſe periculum magnum, & po ?us, n. 17.
Principes omnes Catholici pro Deo tenentur pugnare contra hoſtes Chriſtianæ fidei, numero 1.
Principes eſſe tenentur in Dei gratia maiori, quàm ſint inferiores ab illis, numero 11.12.
Poteſtas ligandi & ſoluendi quibus ſit data per Chriſtum, numero 6.

Victoria eſt ſemper tribuenda Deo, numero. 1.2.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM.

Qualiter ſalus & Victoria paretur in claſsica expeditione.
De Nauis ſignificatu.
An Exiſtentes in claſſe, vt milites in Caſtris, teſtari poſsint militari iure, An iiſdem gaudeant Priuilegijs in claſſe militantes, vt milites gaudent in Caſtris.

1 AMORE Dei, Inclyti Principes tenentur Catholici, & Populi omnes Orthodoxi ſtrenuè & impigrè pugnare contra hoſtes Reipublicæ Chriſtianæ; † & inde quæſita uictoria, illam attribuere ipſi Omnipotenti Deo; & non humanę uirtuti, cum omnis victoria perueniat ab ipſo Deo, ſine quo factum eſt nihil, Euangelio teſte.

2 Nam † omnis poteſtas ſtat in Deo, qui mente ſua deponit ſuperbos, & exaltat humiles. Et in ipſo Deo ſunt Regna omnia quæ ipſe dat, & tollit tacito iudicio ſuo Diuino, & ipſe Deus eſt magis timendus, quàm homo.

3 Et † eſt piè cum toto corde perorandus Deus antequàm expeditio claſsica fiat, & tunc habent Catholici confiteri data occaſione omnia peccata ſua proprio ore Deo & Sacerdoti habenti clauium poteſtatem, & ſcienti ſoluere & ligare pro vera ſalute & victoria habenda; & in defectum Sacerdotis, neceſsitate præmente non dubitent ipſi Catholici confiteri Deo, & proximo ſuo proprio ore, pura mẽte, & optima cõtritione omnia crimina ſua, ſi poſsibile fuerit, animo illa cõfitendi vt ſupra Deo & Sacerdoti

ſi caſum uel periculum euaderint, aliàs in defectum ob caſum neceſſitatis ſola contritio ſufficit, quia vbique eſt miſericordia Dei, qui iuſtis miſericorditer parcit, probat Apoſtolus Iacobus, dicens, Cōfitemini alterutrum peccata Veſtra vt ſoluemini, c. vnum orarium cum glo. ibi vigeſiquin. diſtin. c. Quem pœnitet, de pœnitent. diſtin. 1. inquit Propheta, Dic tu iniquitates tuas &c. Nā primus Parens fuit ore proprio confeſſus sociam feciſſe ipſum peccare: nam in omni caſu prodeſt confeſſio proprii oris, quo ad vitandum damnationem æternam propter contritionē humiliati cordis.

4 Per † Confeſſionem factam Deo, & Sacerdoti habenti poteſtatem clauium ligandi & ſoluendi, minuitur & tollitur pœna purgatorii propter abſolutionem Sacerdotis, habetur latè per Hoſtien. in c. Summa, de pœniten. & remiſſio. & per beatum Thomā de Aquino in quarta quartæ, deci. ſept. & vigeſ. diſtin.

5 Et † uerecundia confitentis eſt cauſa fructiferæ confeſſionis, quæ ratio militat in omni prædictarum confeſſionū, vt in d. c. Quem pœnitet, de pœniten. diſt. 1. iuncta gl. in c. Paſtoralis; & per Fely. ibi de officio ordinarii.

6 Poteſtas. n. ligandi † & ſoluendi data eſt per Deum ſacerdotibus ſuis firmat bona glo. in c. Peruenit, octuageſiquin. diſtin. vt aliàs latius dixi in alio libro &c.

7 Poſtmodum † fidelium claſſes neceſſitate præmēte, & cauſa legitima pugnabunt gratia Dei, cuius victoria erit; & morientes pro Deo uiuunt æternaliter cum gloria & palma ſalutis, quantumque eorum ſint inhumata cadauera, & fortè effecta cibaria piſcium, c. His, pri. queſtio. tert. & c. Non ſtatim, vigeſ. ſex. queſtio. 2.

8 Nec † quidem oratio facta Deo turbat mare prout facit piſcis tondus in retibus captus.

9 Quæro † de caſu, ſi miſſa celebrari poteſt in mari & ſeu in naui ſicut in terra. Dic quòd non regulariter, cum in ſolida terra debeat celebrari. Poteſt tamen ſub diuo & tētoriis deuotè celebrari miſſa, c. Concedimus, de conſecra-

tio.

tio.diſtin.1.

10 Poterit † quoque neceſsitatis tem pore,vel communiter de licentia Epiſcopi celebrari miſſa in nauibus in mare, & in flumine morantibus cum altare portatili ſecundum notata per Iacobum de Belùiſo in repetitione ſua,capituli Contrahentes,de foro competenti.

11 Et † Principes,& nauigiorum Duces & gubernatores tenentur eſſe meliores,quàm ſint reliqui inferiores: Nam ſępe contingit ob maiorum delicta Principum alios gubernantium,minores affligi,c.Eccleſiæ,pri.queſtio.quar. Vbi datur intelligi,quòd propter peccatum vnius Achor Principis qui deliquerat in Eccleſia,datus fuit in prædam hoſtium totus populus Iſraeliticus.Et ſic ſæpe boni & populi ob ſuorum peccata maiorum & Principum vexantur & puniuntur,licèt punitio talis ſit temporalis,& ſpiritualiter ſibi proficua,c.ſi infidelis,uigeſ.octaua queſtio.pri.

12 Principum † autẽ maiora ſunt peccata,quàm inferiorũ iuxta illud Iuuenalis Poetæ.

Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet,quanto,qui peccat habetur.

13 Maximis † procellis patiebatur nauis Apoſtolorũ ob occultum peccatum Iudę Schariòth.c.Turbatur,uigeſ.quar. quęſtio.pri.& Dominus probare voluit Apoſtolos ſuos in virtute patientiæ. Nauis Pauli in aduerſis fluctibus & procellis conſtantisſima fuit,c.Aduerſitas,ſept.queſtio.pri.

14 Nauis † Petri fluctuauit,quia titubauit in vtroque elemento terra & aqua,& reſurgens fidelior factus eſt. & firmam fidem habuit,pro qua rogauit Dominus ne deficeret fides ſua,& ſuper eius firma petra ædificauit Eccleſiam ſuam.fluctuabit nanque nauicula Petri; ſed nunquam peribit, & bonus quidem Proreta fuit Petrus pro Rectore nauis electus à Domino noſtro Ieſu Chriſto: Proreta.n. dicitur à prora,quæ eſt pars anterior nauis,c.ſciſcitaris,cũ glo.ibi ſept.quęſtio.2. Et ita eſſe debent eius Succeſſores, & Epiſcopi in Eccleſia Dei.Bonis uerò uotis obiicitur aduerſitas iudicio Dei ad probationem humanæ uirtutis

pro æterna ſalute, vt in c. Aduerſitas, ſept. queſtio. pri.

15 Nauis generaliter accipitur pro Republica, & Eccleſia Dei, & omni bono communi animæ, & vtilitate vniuerſa li; & pro portandis hominib. & rebus, l. Iubemus nullam, & per Bar. ibi C. de ſacroſan. eccleſ.

16 Nauis † clauſa eſt verſus terram, & aperta uerſum cœlũ, cui comparatur Eccleſia, & religio Dei: in qua quilibet fidelis eſſe debet vſque ad mortem, vt coronam conſequetur æternæ uitæ & gloriæ. Iuxta illud Euangelii. Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit, c. Timendo, vndeci. queſtio. 2.

17 Periculum † maximum eſt Prælato quin nauim Eccleſiæ regit, & remũ non nouit tenere manu, c. Ante omnia, quadrageſ. diſtin.

18 Nil † autem intereſt utrum nauis vno grandi fluctu, uel per rimas aqua paulatim paularim intrãte ſubmergatur, ſi vnũ magnũ peccatũ animam opprimit ſicut multa parua peccata in vnum multiplicata & inſimul iuncta & coaceruata, ac inueterata praua conſuetudine; & vt dicitur, modica multa faciunt vnum ſatis, & ligna multa onerant ſarcinã, valde & intollerabile pondus vnum maximum operatur idem, c. Medicina, de pœniten. diſtin. 1. omnia quidem munda fiunt mundis.

19 Et † ſicut nauis Pauli conſtantisſima fuit in aduerſis fluctibus, ſic omnes Chriſti fideles conſtantisſimi eſſe debent in fide catholica, & contra Infideles, peccata, & malos ſpiritus uiriliter virtute pro Deo pugnare, et ratione Diuina liberi arbitrii ſemetipſos vincendo, & propriam carnem & corpus ſuum caſtigando, ſententia Pauli Apoſtoli electi Vaſis electionis, c. Illud, quadrageſ. quin. diſtin. & c. Aduerſitas, vigeſ. quar. queſtio. quinta.

20 Et † eſt maxima laus, victoria, gloria, & triumphus in uiro cõſtantiſſimo vincere ſemetipſum ratione ſpiritualiter pugnando contra malos ſpiritus, & peccata hoſtes intrinſecus, & inuiſibiles aſſiduò bellantes, quàm uiſibilium extrinſecus hoſtium exercitum ſuperare, cum quibus non

certatur asſiduò. Et eſt quippè uera rationalium laudāda virtus reſiſtere peccato pro ſalute animarum, Nam virtus non odit, ſed amat & parcit peccato reſiſtit.

21 Superbus † iuuenis quidam de Beneuento filius familias publicè iniuriauerit parentes ſuos, dicendo alta uoce in publicum eos fore maleficos & maleficiatos; & volens in Vrbe fieri miles auratus fuit ſibi obiectum non poſſe fieri, cum proprios parentes iniuriauerit. & conſultus fui ego de caſu prædicto ſi dictus iuuenis, ſtante dicta iniuria facta per ipſum parentibus ſuis fieri auratus miles de iure poſſit. Conſului quòd non, Quoniam ille eſt iudicandus indignus militia propter iniuriā huiuſmodi publicè factam parentibus ſuis, qui illum procrearunt, l. 1. ff. de obſequiis à liberis, & à libertis parentibus & patronis præſtandis.

22 Nomen † claſſis eſt generale, & multitudinem hominum ſignificat, vt de exercitu quoque terreſtri & aquatico, quidam intelligunt impropriè; propriè tamen claſſis eſt armatæ multitudinis nauium; & exercitus propriè eſt multitudo congregata armata in terra pro bello: & ſic omnes exiſtentes & milites in claſſe teſtari poſſunt militari iure, vt in caſtris teſtantur in terra, nō ſeruatis iuris ſolemnitatibus, quas ſeruare tenentur illi, qui non ſunt milites & non priuilegiati.

23 Militis † autem Priuilegium eſt teſtandi ſola voluntate, qua ſola perficitur ipſius teſtamentum ſuo ſpeciali priuilegio militari, & poſſunt ī codicillis inſtituere hæredes ſuos, quod facere non poſſunt illi qui non ſunt milites, l. Miles ſi teſtamentum, cum ſequenti lege, ff. de militari teſtamen. & Inſtitu. de codic. §. ſecundo.

24 Et † ſi miles ſcripſerit ſorori ſuæ epiſtolam, quam poſt mortem ſuam aperiri mandauit, ſcire te uolo me tibi donare aureos mille, conſtitit deberi fideicommiſſum ſorori, nec aliud erit probandum in ſuprema cuiuslibet militis uoluntate, ac ſi defunctus cum eo loquatur, quem præcario remunerat, vt placuit Papiniano, l. miles ad ſororē,

ff. de

ff.de leg.ſecundo.

25 Quæro † de codicillis an fieri poſſint ſine legatis & fi- deicommiſsis. Dic quòd ſic; & quia modernus Soccinus Senenſis latè de hoc ſcripſit poſt alios in l.cum filio fami- lias,ff.de leg.1.vlterius non me extendam,ſed breuitatis cauſa ibi me refero.

26 Miles † quidam filiusfamilias Peruſinus fuit teſtatus, & quia deliquit,fuit à me petitum ſi eius teſtamentum rũ pebatur minima capitis diminutione. Reſpondi quòd nõ per textũ in l.miles filius familias,ff.de militari teſtõ.

27 Et † an teſtari poſſint milites,nautæ,nauarci,remiges, & alii liberi homines,qui militant in claſsibus militari iu re,vt cæteri milites in caſtris degentes,& an iiſdem gau- deant priuilegiis quibus gaudent milites in caſtris terre- ſtribus. Dic illos teſtari poſſe militari iure,& iiſdem gau- dere priuilegiis militaribus militantes in claſſe & nauali bello aquatico prout illi milites qui militant in terra,& in caſtris terreſtri belli. Tenet etiam D. Matthæus ad Affli- cto in Conſtitu. Hoſtici exceptio, in quinta quæſtione: quia eſt eadem ratio virtutis militare in vno & altero ele mento,terra videlicet,& aqua,l.vnica, C. ſi quis à patre fuerit manumiſſus,& l.vnica,§.item nauareos,& trierar- cos claſſium,ff.de bon.poſſesſio.ex teſtamen.militis.

28 Nauarcos † autem ab archos & naui dictos reperi & trierarcos,ita eſſe dictos qui præſunt nauibus trium re- morum,Nam trieres remi dicuntur, vt in Eſaya dicitur, Ibunt in trieribus &c.

29 Quæro † de teſtamẽto illorum, qui in hoſtili loco ſunt deprehenſi,& illic decedunt,qui aliàs fuerunt militari iu re teſtati prout voluerunt,ſiue ſint prouinciæ Præſes,ſiue Legatus,ſiue miles,vel alius qui militari iure aliàs teſtari nõ valeat,quoniam non ſit miles. Dic ratas eſſe debere eorum voluntates,qui in hoſtili loco deceſſerunt, & tam in terra,quàm in mari ſeu aqua ſuprema iudicia ſua quo- quomodo perantea ordinaſſent, & ibidem diem ſuum obiiſſent,vt Inſtitu.quibus modis non eſt permiſſum face

re teſta-

re teſtamentum, §.eius qui; quanquàm conditio militũ diſtet ab his quos Principum placita,& conſtitutiones ſeparant; illis tamen qui verſantur in procinctu, & eadem experiantur pericula iura ſtatuũt idem ſeruari tanquàm ſi militari numero militum eſſent aggregati, l.1. ff.de bon. poſſeſſio.ex teſtamen.milit.& l.1.ff. ſi quis à patre fuerit manumiſſus,& argum.leg.Domitius,ff.de teſtamẽtis &c.

30 Dicebat † Baldus in l.cum cognatum,C.de ingenuis,& manumisſis,quòd captus in bello moto per aliquas ciuitates,& Duces;ſeruus non fit capientium,vt in dicto textu,quia tale bellum non dicitur ligitimè indictum,quod ſecus eſſet ſi fuiſſet bellum indictum a Papa, vel ab Imperatore; quoniam capti in eo bello ſerui fierent capientiũ, & ſi duraret bellum poſt mortem Imperatoris; capti poſt mortem Imperatoris non efficerentur ſerui hoſtium, ita ibidem tenet Baldus;& ſi capti huiuſmodi fuerint teſtati in terra hoſtili valebit eorum teſtamentum, habetur per Bal.in dicta l.cũ cognatũ,C.de ingenuis & manumisſis.

31 Quæro † de legato maritimorum prædiorum quæ adiacent mari,ſi his factũ fuerit verbis, prædia mea maritima cũ ſeruis qui ibi erãt,& reliquis colonorũ Sempronius legauit Pompeo,An ſerui piſcatores qui ſoliti erant in miniſterio eſſe teſtatoris, & eũ vbicunque ſequi fungentes rationibus vrbicis qui in mortis teſtatoris tempore ĩ fundis legatis non aderant legati eſſe videantur, vt acceſſorii legati fundi inſtructi. Dic quòd non,l.Prædia maritima,ff.de fundo inſtructo.

LIB. DECIMVSQVINTVS, DE RE NAVALI.

CONSILIVM *nè parua naues pugnent cum magnis benè munitis nauibus, numero 4.*

Differentia inter Mercatorem, & negociatorem, numero 7.

Equi conducti ad vecturam ſi in itinere perierint, quando ſolui debent, & quando non, numero 24.25.

Equis venditis cum ornamentis illis, quibus eſt venditus intelligitur venditus, numero 22.

In foro mercantili qualiter procedatur, numero 14.

Gabella pro equo uendito ſoluta, & inde reddibito, An ſit reſtituenda, numero 23.

Libellus qualiter formetur in reddibitoria, & quando minoris, n. 19.

Mercatores qui nam ſint illi, qui gaudent priuilegio mercantili, n. 7.

Matriculatus in pluribus matriculis artium, coram quo Iudice artiũ conueniri debeat, numero. 8.

Matricula an extinguatur quinquennio, Ita quòd de nouo non teneatur ſoluere. num. 11.

Matriculatus, caſus de matricula an gaudeat priuilegio matriculæ ſuæ primæ artis, antequàm deſcribetur in alia matricula, nu. 10.

Matricula Notariorum an probet quem eſſe Notarium, numero 12.

Mercatores, & Artifices qui iurarunt ſeruare ſtatuta mercantia, &

ſua

ſuæ artis, an cadant in periurium ſi non ſeruauerint, numero 13.
Mercator an poſſit facere merchum alienum in ſuis merci bus, & capſis, numero 15.
Merchum ſeu marchium poſitum in beſtijs, an probet beſtias eſſe mercantis, numero 16.
Mercatores an poſſint facere ſtatuta, & illa ſeruentur in omni Curia, numero 12.13.14.

Nauis hoſtium vagando in mare qualiter capi poſſit à Catholicorum naui, & è contra aggredi, numero 1.2.3.5.

Ornamenta equorum quæ nam ſint, numero 21.
Onera artium qualiter ſolui debeant, numero 9.

Paſculari de herba an poſſint gratis & impunè itinerantes cũ equis in uia, numero 25.
Parua naues quando uincere poſſunt magnas naues ratione loci, n. 5.
Pœna rumpentium ripas, & argeres fluminum, & Canalium publicorum, & priuatorum, numero 6.

De Reddibitoria, & quãtò minoris pro equis, & ſeruis uẽditis, n. 18.
Reddibitoria & quantò minoris infra quãtũ tempus detur, n. 18. 19.
Reddibitoria an detur pro omni vitio equi, numero 19.

Signum Notarij ſemel electum, & cum eo fecerit Inſtrumẽta & ſeu actũ auctenticum, mutari impunè nõ poteſt à Notario, num. 17.
Statuta Mercatorum, & Artificum an valeant numero. 13.
Statuta mercatorum, & Artificum an ſeruari debeãt in alia Curia, numero 13.

Vitia ſunt ſpecificanda in uenditione equorum, & aliorum iumentorum, numero 18.
Vitio ornamentorum equorum, an detur reddibitoria, numero 20.

ARGVMENTVM.

Quando ſit licitũ & permiſſum paruo nauigio pugnare cum magno,& quando non.
De Legibus,matricula, & ſtatutis mercatorum.
De ſignis Mercatorum,& animalium merchis.
De Reddibitoria,& quantò minoris actionibus.

DVCES naualis belli uidentes aliquam paruam nauim hoſtium in mari vagare, eam non dubitabunt aggredi cum magna naue ſi proſperum ventum habuerint, vel forti remigiorum ſuorum impetu impulſa facilè ſubmergetur; ſi aliter parua nauis hoſtilis lædi non potuerit, à longe cum bellicis inſtrumẽtis ſulfurei ignis proſiliendo in ipſam paruam nauim cum prora magnæ nauis,& roſtris ſuis ferratis,facilis victoria erit.

2 Et † ſi aliqua parua Catholicorum nauis fuerit aggreſſa ab aliqua magna hoſtium infidelium munita naui,cauti ſint Bellatores fidelium exiſtentes in parua naui in capiendo ilicò ſpronos proræ illius magnæ nauis ſi poterint,& aliter euadere non valeant, ita quòd de facili lædi nequibunt ab hoſtibus fortè impeditis bellicis inſtrumentis. Et hoſtes ſi fuerint experti ab animoſa & experta fidelium virtute ſuperabuntur auxilio Dei.

3 Et † contra,ſi hoſtes ſpronos proræ magnæ nauis Chriſti fidelium acceperint,cauti ſint Catholici in faciendo repente nauem ſuam magnam diſcurrere,eamq́ue voluẽdo & diſcurrendo in giro longo cum impetu magno remigãtium uiribus impulſam,donec hoſtium parua nauis fuerit reducta ad latus magnæ,& ſubitò fidi remiges magnæ nauis,ſuis non relictis remis, ſed loco ſuo retentis in manu iubente Gubernatore nauis aliquos bellatores illius late

ris

ris vbi erit hoſtium nauis ad aliud ilicò latus currere,ad effectum,vt alcietur latus illud,ubi erit parua hoſtium nauis,& poſt tunc tunc reddeant raptim,hoc mandante nauis Duce bellatores prædicti ad locum ſui primi lateris qđ alciatũ eſt magnæ nauis, & cũ plumbatis remis ilicò percutere in aquam remeãtium virtute vbi ſit illa parua hoſtium nauis uerberando ſuper illam,quæ ſub magna fidelium naui ſummerſa manebit in Pelagus,& magna ſaluabitur nauis,Domino duce.

4 Et † ſanum eſt conſilium in Re Nauali nè paruę naues pugnent cum magnis benè munitis, & ab expertis rectis Ducibus,vnà cum doctis militibus,niſi præmente neceſſitate & generali publico bello nauali ſi mortis intendunt uitare periculum.

5 Et † ſi contigerit aliquas magnas Infidelium naues carere munitionibus,& inſtrumentis bellicis, & in arcto & ſeu anguſto fuiſſe loco reductas, ſyrtoſo,harenoſoque,ſicco,vel ſcopuloſo ſitu,& malo uado, ita quòd ſe tueri non poſſint ob pondus nauigiorum & reuma in parua aqua iacentes,vento & loco ſibi cõtrariis,ex cauſis prædictis facilis videatur victoria,tunc poterint paruæ naues benè munitæ pugnare cum magnis, & ſua tunc uirtute permanebunt uictrices,vt pluries in Peloponeſſo, nunc dicto Morea,fuerunt Veneti apud Naupactum, & Epydaurum: vt olim mihi fidus amicus atteſtatur M.Antonius Sabellicus in Decadibus ſuis.

6 Occurrit † caſus,quòd quidam rupit argeres aquæ fluuialis factos pro defenſione Canalium, & vrbis Venetæ conſeruatione,qua pœna teneatur rumpens. Dic tu eadẽ teneri pœna,qua teneretur frangens Nili argeres, vel ripas fluminum publicorum,quæ eſt pœna ignis. Nam talia committentes & mandantes fieri concremari debent de iure,et participes tanti criminis deportari iura præcipiũt abſque vlla ſpe veniæ,l.vnica,C.de Nili argeribus non rũpendis; & alia etiam pœna infliguntur illis, qui rumpunt argeres non fluminum publicorum,ſed prædiorum, & in

metallum damnantur,l.penul.§. in Aegypto, ff.de uariis & extraordinariis criminibus,& illi qui damnum dant, & damno conſentiunt huiuſmodi puniri meritò debent pœna legis Si quemquàm,C.de Epiſco. & cleri. Vbi honore priuantur cum prepetua nota infamię,vt aliàs dixi in Tractatu De militari Iuſtitia.

7 Quæro †,de Mercatore,& quis dicatur Mercator ad hoc vti ualeat gaudere Priuilegio Mercatorum. Dic profeſsionem,& exercitium facere mercatorem,& quis ratione vnius actus tantùm non dicitur mercator,l.ſemper, §.Negociatores cum,glo.1.ff.de tributoria actione.& ſtatutum loquens de mercatore non habet locum in negociatore, vt aliàs dixi ſuperius,notat Bar.ĩ l.legatis ſeruis,ff.de leg. 2.Niſi eſſet deſcriptus in matricula mercatorum. Nomina autem dicta ſunt à profeſsione, & illa acquiruntur pro fitẽdo,& ea quæ dicta ſunt à conſuetudine,vel ab actuum generalitate per vſum queruntur,& per exercitium: & ſic per vnum tantùm actum non dicitur quis propriè Mercator, niſi fuerit deſcriptus in matricula mercatorum; & notat Firmanus in tractatu ſuo Gabellarũ in ſeptima parte colum.9.verſiculo 25.quęro an legatarius,vbi ponit differentias inter mercatorem,& negociatorem.

8 Quæro † de mercatore qui eſt matriculatus in pluribus & diuerſis artibus,coram quo Iudice conueniatur. Dic reſpici fore artem illam,pro qua conuenitur,& conuenietur coram illo Iudice illius artis,l.Procurator,§.ſi plures,ff.de tributoria actio.& l.legatis ſeruis,§.ſi vnus,ff.de leg.3.& ſi negocium illud fuerit extra utranq; artem ad naturam pertinet cognitio,& recurrendum erit ad forum commune Poteſtatis,l.3.§.eod. mõ,ff. nautę,caupones,ſtabularii.

9 Prædictis † accedit quæſtio, ſtatuto cauetur, quòd artes ciuitatis teneantur ad grauedines, & quis duas artes eceritan teneatur pro ambabus artibus cõferre. Dic quòd ſic,cum lucrum ſentiat ex vtraque arte,l.Procuratores,§.ſi plures,ff.de tributoria act.c.cum quis,de ſepul.vbi habetur,quòd portio Canonica diuidi debet in duas partes

tes

tes, videlicet in ambas Eccleſias, ſi defunctus habet duo domicilia ſub illis Eccleſiis, l. Titia textores, & l. qui Senatus, ff. de leg. primo. Quidam dicunt conſiderari in qua arte quis magis verſetur, ex qua magis lucretur & ad illam conferat, per glo. in c. Relatum, de teſtamen. & capitulo, vt eis, extra de feudis, & l. legatis, §. ſi vnum, ff. de legatis ſecundo.

10 Quid † ſi fuerit caſſatus à matricula vnius artis dictus mercator, vt faceret ſe ſubſcribere in matricula alterius artis; & licèt ſit caſſus & nundum in alia matricula deſcriptus, an gaudebit priuilegio illius artis, in cuius matricula fuit caſſus, donec deſcribitur in alia matricula. Dic quòd ſic, l. prima. §. vltimo, ff. de bonorum poſſesſion. ex teſtamen. milit. Licèt contra prædicta faciat gloſa in l. penul. C. de re militari, & in l. Matricula C. de priuilegiis agen. in rebus. Vbi habetur, quòd quis non debet eſſe de duobus collegiis &c.

11 Matricula † an extinguetur quinquennio. Dic quòd ſic, & non tenetur de nouo ſoluere matriculam in ea deſcriptus, l. 2. C. de primipil. & l. 2. C. de domeſti. & protectoribus, lib. duodec. & per Bar. ibi allegantem legem, aut facta, §. his pœnis, & l. Proculus, ff. de teſtamen. militari, & in conſil. ſuo incipiente Scholaris, & in l. penultima in fin. C. de conſulib. lib. duodeci.

11 Quæro † ſi matricula Notariorum probet creationem Notarii in ea deſcripti. Dic quòd non, cùm aſſerat matricula ipſum Notarium fuiſſe creatum de præterito, quod ſecus foret, ſi tempore deſcriptionis fuiſſet creatus & effectus Notarius, & tunc deſcriptus de dicta creatione atteſtetur matricula, vt notat Fely. in c. 1. de fide inſtrumen. & Ioannes Andreæ in additio. ad Speculum de fide Inſtrumentorum, in §. reſtat; licet Baldus teneat contrarium, ſcilicet matriculam probare creationem Notarii in ea deſcripti in l. 2. C. de ſenten. & interlocutoriis omnium iudicum; & Ludouicus Romanus, & Salycetus in l. ſcriniarios, C. de teſtamen. milit. & Ludouicus de Vrbe in l. Re illa, ff.

de

de verborum obligati. Opinio Felyni,& Ioannis Andreæ magis iuribus fundatur,quàm opinio Baldi. Per matriculam Notariorum Ciuitatis Rauennæ probatur creatio cuiuſdam Franciſci Mercualdi dictæ ciuitatis tabellionis qui illum ego Iulius Ferrettus Rauennas I.V. Doctor, Eques,& Comes Palatinus Apoſtolicus & Imperialis, exiſtens in dicto Nobiliſſimo Collegio,facta de ipſius Franciſci perſona experientia(vt moris eſt)illum auctoritate Priuilegiorum meorum in pleno Collegio dictorum nobilium Notariorum creaui in Notarium Apoſtolicū & Imperialem,& de dicta creatione,& illius admiſſione ī Collegio facta fuit tunc nota per Scribam & Notarium Collegii prædicti in matricula Notariorum prædictorum. Et ſic matricula probat in caſu præmiſſo creationem dicti Franciſci &c.

13 Quæro † ſi Mercatores,& Artifices poſſint facere ſtatuta inter ſe, & an ualeant ſine alia confirmatione cum videantur confirmata de iure communi, ita quòd alia non videantur indigere confirmatione,tenet Baldus in l. Receptitia,C.de conſtitu.pecunia,& in authē.de fide Inſtrumentorum in §.fin. Contrarium tenet & melius idē Baldus in l.fin.C.de iuriſdictio.omni.iudi.& in l.fin.ff.eodē titulo,quòd requirant confirmationem ſuperioris, & per Bar.ibi,& in l.omnes populos,ff.de iuſtitia & iure, & in l. ex placito, C.de rerum permutatione. Vbi dicit ſtatuta huiuſmodi confirmata dici confirmātium,& non mercatorum. Et an ſeruentur in alia Curia quàm in curia Mercatorum dicta ſtatuta mercatorum,glo. tenet quòd ſic, in l.ex ea,ff.de poſtulatio.ad quæ facit textus cum glo.in l.2. C.quemadmodum teſtamen. aperian.& Bal.in l. Receptitia,C.de conſtitu.pecu.Vbi ponit caſum ſi Conſules mercantiç qui iurarunt ſeruare ſtatuta mercatorum contrafecerint dictis ſtatutis incidant in periurium,& dicit quòd ſic,per tex.in l.Magiſtratum,ff.ad municipales.

14 Qualiter † procedatur in foro mercātili quçritur. Dic procedi de bono & æquo,ſummario,ſimpliciter & de plano,

no,ſine ſtrepitu & figura Iudicii, ſola facti veritate inſpecta. & quid importent dictæ clauſulæ habetur in clementina Sępe,de verborum ſignificatio. & per Bartholum in tractatu ſuo ad reprimendum; & Baldus in l. ſi pro ea in penul.colum.C.mandati.vt aliàs dixi in tractatu meo Iudiciorum,quòd in Curia mercatorum proceditur reiectis apicibus Iuris &c.

15 Mercator † quidam de Bergomo optimæ famæ habēs ſignum,ſeu merchum ſuum ſolitum in capſis & ballis pānorum ſuorum in Duana Rauennæ poſitorum,fuit querelatus contra alium mercatorem de Brixia habentem etiā in dicta Duana alias ballas & capſas panni ſui,quod ſignū dicti mercatoris Bergomenſis poſuerat in ballis & capſis mercium ſuarum; allegabat Brixienſis ſibi licuiſſe;& cauſa fuit coram me tunc Iudice introducta,tenet Baldus in l. 1. C. quæ res vendi non poſſunt,licuiſſe tale ſignum facere,quia non eſt ſignum publicum auctoritate publica deſignatum ad deſignationem alicuius ſpecialitatis, vt puta per Conſules,l. 1. C. de offic. Proconſul.& legati, dummodo non faciant in fraudem,qui tunc de falſo tenerentur,l. 1. C. de mutatione nominis,& l. falſis,C. ad l. Corneli. de falſis,& per Bal. in l. ſocietatem, & in l. ſancimus, C. pro ſocio. Iudicaui,quòd de iure prohibitum eſt apponere mercibus ſuis merchum ſeu ſignum alienum,l. 1. C. de nauicularijs non excuſandis,& l. Minime,C. de Epiſco. audien. aliàs rem perdit,l. ſacrilegii,§. quicunque,ff. ad leg. Iuli. peculatu.& l. 1. C. de caſtren. omnium pal. pecu. lib. duodeci.& authen. de mandatis Principum,§. titulos, & per Bar. in tractatū de inſignis & armis &c.

16 Quæritur † de ſigno ſeu mercho facto iumentis in coxa,vel alio loco perſonæ,an probet beſtiam eſſe meam cū ſit bullata cum mercho & ſigno meo,l. ſtigma,C. de fabricenſibus lib. deci.& ibi per Lucam de Penna, vbi ponit quęſtionem prædictam, inferens quòd ſi quis egerit pro equo & boue merchiato ſigno iumentorum ſuorum, quòd licèt per hoc non probetur dominium ipſius beſtiæ, ſuffi-

cit tamẽ probare animal eſſe ſuo merchio merchiatum, argumen. l. penul. §. penul. C. de aquæductu, & l. 1. C. de ſeruis fugitiuis, & quòd res videtur eſſe illius, cuius ſigno eſt ſignata, vt dicitur in Euangelio de numiſmate Cæſaris, l. 1. C. de veteris numiſmatis poteſtate, & l. quòd ſi neq;, §. fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ: & c. ſi Iudex, de ſenten. excommunicat, lib. 6. & c. Quod quidã, 1. quæſtio. 1. & in reum transfertur onus probandi, cum prę ſũptio ſit pro ſigno agentis, & ex ſignis cognoſcuntur ballæ mercatorum, & præſumuntur eſſe illorum, quorum ſunt ſigna, habetur per Bar. in l. cum qui, §. fin. ff. de furtis, & per Bal. in authen. Dos data, C. de donatio. ante nuptias, & per Andream Barbatiam in Additio. ſuis ibi & ad Bartholũ; & in l. ſed ſi neque, §. fin. ff. de periculo, & commodo rei vẽditæ &c. Et certè probat, ſi probetur impoſitio merchi, l. 3. C. de bonis vacantibus, & l. quod ſi neque, §. fin. C. de periculo & commodo rei venditæ. Et vera hæc eſſe videntur quo ad poſſeſſionem & dominium, argumen. dictæ legis tertię, C. de bonis uacantibus, & l. monumentorum, C. de religio. & per glo. in c. quanto, extra de iure iuran. & l. 1. C. de nauticis Tyberinis. Adde quæ ſupra dixi in quæſtio. incipiente, Mercator quidam de Bergomo &c.

17 Signum † autem Notarii ſemel electum in Auctentico factam nõ poteſt impunè mutari. C. cum Petrus tabellio. & per Doctores ibi, extra de fide inſtrumen. & per Baldũ in l. Ad teſtium, ff. de teſtibus &c.

18 In † emptione ſeruorum, equorum, iumentorum, animalium & beſtiarum quis fraudari non debet: & licet venditor doloſe dicat, ego vendo tibi ſeruũ uitioſum, & equũ bulſum cum marcido pulmone & plenum malitiis, vitiis, magagnis & ſchinellis, & pro vno ſaccho oſſorum, & uitioſum valde, ob hoc non releuat venditor. per glo. i l. Paciſci, ff. de pactis & ibi Baldus, & per Angel. Inſtitu. de actio. in §. dupli, & per Specul. in titu de emptio. & uenditio. & ibi per Ioannem Andreæ in additio. in §. nunç videndum, in verſi. quidquid ſi venditor equi, & per Docto

res in l. 1. C. de edilitio edicto,& plenè per Abb. in c. Iniuſtum, de rer. permutatio. & in c. Cum contingat, extra de iure iuran. Secus ſi ſpecifice & in ſpecie abſque alia verborum inuolutione expreſſerit uitium ſerui, & equi; quia tunc non tenebitur vendito,& imputabitur emptori, qui ita certioratus illum emit, ita quęritur in §. fin. ff. de edilitio edicto. Et regulariter venditor tenetur ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit uitium ſiue morbum ſeruorum, & equorũ, beſtiarumque venditarum, l. in emptione, §. item ſi emptor, ff. de contrahen. emptio. quia nõ intereſt an emptor fallatur ignorantia, ſiue calliditate venditoris, & agitur pro vitiis & morbis ſeruorum & equorum, aliorumque animalium & beſtiarum reddibitoria, l. Sciendum, §. fin. & l. Reddiberi, in princ. & l. cum ſex, ff. de reddibitoria actio. Quæ eſt contra ius Longobardum, quo diſponitur venditorem liberari iure iurando ſe uitia, & morbum ignoraſſe tempore contractus, vt in Longobarda, l. ſi quis comparauerit, in titu. Qualiter quis ſe defendere debet, lib. 2. Et dicitur Reddibitoria, quaſi reſtitutoria, quia emptor debet recuperare pretium cum omnibus uſuris, & expenſis neceſſariis ex cauſa dictæ emptionis neceſſariò factis, etiam in re poſt litem conteſtatam, quoniam tunc eſt conſtitutus in mora, l. ſi inter Inſulam, ff. de uerborũ obligatio. & l. ædiles, §. fin. cum ſequenti, ff. de ædilitio edicto, & damna repetit quæ habuit & ſentit propter dictũ vitium equi. Victus autem & expenſæ factæ equo cõpenſantur cum vſu equi.

19 Reddibitoria † datur infra ſex menſes vtiles à die venditionis & ſcientiæ continuos currentes, vt ĩ dicta l. ſciendum, §. fin. ff. de reddibitoria, & l. ædiles aiunt, ff. de ædilitio edicto, & l. annus, ff. de calumniatoribus. & quandoque intra duos menſes reddibitoria, & quantò minoris finitur ſex menſibus ſcilicet, quando ob hoc ipſum agitur quia non cauetur, l. ſi venditor, ff. de ædilitio edicto. Reddibitoria nõ datur, nec fit ex oĩ morbo ſeu vitio, ſed opus eſt, vt ſit tale vitium uel morbus, qui ex toto impediat

Pp vſum

vſum rei venditæ, vel multùm incõmodet, aliàs non reddibet; ſed bene agi poterit quantò minori, vt ĩ l. 1. §. ſciendum, cum ſequenti, §. & ſequenti lege vſque ad paragraphum illud, ff. de reddibitoria actio. & datur infra annum utilem, & non vltra, vt in dicta l. 1. §. ſciendum, & fin. Ad q̃ facit glo. & Bar. in l. Annus, ff. de calumniatoribus, & in dict. l. ſex, ff. de reddibitoria actio. & qualiter in reddibitoria & in quãtò minoris formetur libellus, habetur per Roffredum de Beneuento in pri. parte ſui operis, in materia reddibitoriæ & quantò minoris, & per Angel. de Aretio Inſtitu. de actionibus in dupplum &c. columna finali.

20 Quæro † ſi ꝓ uitium ornamentorũ equorũ detur reddibitoria, vt puta, pro ſella uitioſa quæ pulchra, bona, & benè ornata videtur, & apparet, propter hoc poteſt equus ſolus & ſanus reddiberi, non tamen infra ſex menſes, vt regulariter eſt in reddibitoria, l. cum ſex, ff. de reddibitoria actio. ſed infra quadraginta dies tantùm continuos: & ſic propter uitioſum acceſſorium poteſt principale & totum reddiberi, l. ædiles aiunt, in principio cum glo. ff. de ædilitio edicto.

21 Ornamenta † equorum ſunt ſella, frenum, ſtaffæ, & ſimilia: ad quæ faciunt notata per Bar. in l. Eum qui, §. non ſolum, ff. de furtis, & in l. ſi vt certo, §. vſque, ff. cõmodati.

22 De † ornamentis autem quæ erant cum equo tempore venditionis, quibus viſus fuit pulcher equus incedere, hæc veniunt in venditione, vt acceſſoria, niſi aliter pactũ ſit. habetur plene in l. ædiles, §. vendẽdi, ff. de ædilitio edicto. quod bonum eſt ſcire pro nobilibus Equitibus, & militibus, qui in dies contrahunt equos &c. & pro aliis, qui per dies iumenta vendunt, & emunt &c.

23 Iubet † ſtatutum ſolui gabellam de emptione rerũ, & animalium; & ſoluta fuerit gabella publicanis, de inde reddibentur animalia, an id quod eſt ſolutum publicanis ſit reſtituẽdũ. Dic quòd non per publicanos, ſed venit reſtituẽdũ per vẽditorem, tenet Bal. in l. ſi pręſidiũ, C. de ędilitio edicto; et ꝑ Ang. de Peruſio ĩ l. debet, ff. eod. titulo.

24 Occurrit † caſus,quòd quidam Orator ciuitatis Forliuii ad pedes Domini domini Papæ, deſtinati per Cōſiliū Forliuii pro rebus publicis, conduxit vnum equū in ciuitate Piſauri,& in via eſt mortuus equus,an credatur iuramento dicti Ambaſciatoris de morte dicti equi,cum ſcriptura fidem faciente de morte:quidam de Piſauro Doctores dicebant quòd non,quibus ego reſpondi humaniter Baldum tenere contrarium,C.de fide inſtrumentorum in rubrica colum.3.& viſa Baldi doctrina,non fuit amplius factum verbum.

25 Itinerari † cum equo perſępe cōtingit de menſe Maii, an ſit licitum equitāti ſtare in via,& carpere de herba pro equo etiam domino agri & ſeu herbæ inuito. Dic licere, l.1.in fine de pace tenenda in vſibus Feudorum. Imperator Federicus in Regno Siciliæ legem fecit,quę incipit Si quando neceſſitate cogente &c.quæ eſt inſerta in tertio libro Conſtitutionum,qua cauetur quòd tranſeuntes per viam habentes equos nimis fatigatos, poſſunt illos impune mittere in ſegetem alienam,ita tamen quod equus totus non intret agrum,ſed dimidius; & anteriores pedes ſolùm teneat in agro,vt ibi per Andream de Iſernia.

LIB. DECIMVS SEXTVS,

DE RE NAVALI.

ACTIO *pluuiæ arcendæ an competat ſi timetur de dãno ex opere manu facto,numero* 44.51.

Actio in rem an detur contra ſingularem ſucceſſorem pro ſeruitute,numero 57.

Actio quod vi aut clam an competat pro intereſſe in ſeruitutibus,numero 50.

Alueus fluminis derelictus cuius ſit,numero 23.

Aluuio quod nam ſit,num. 11.12.19.20.

Aluuio an habeat locum in foſſis & aquis priuatis,numero 17.

Aluuio an habeat locum in foſſa, lacu, ſtagnoq́ creſcentibus, & decreſcentibus,numero 35.

*Aqua fetens reiici poteſt ſi noces uiciniæ,num.*49.

Aqua potabilis qualiter fiat in locis ſalſis,numero 4.5.

*Aquarum qualitas Marium diuerſorum,n.*1.

Aquaductus quid ſit,& per quot pedes arbores plantandæ diſtare debeant ab eo,numero 25.

Aquæductus aqua an ſit deriuanda à priuato ad ſuum agrum, numero 28.

*Aquæ pluuiæ arcendæ actio an competat pro opere facto auctoritate publica,& quibus detur,& quando non,nu.*42.43.44.

*Archus an fieri licite poſſit pro ducenda aqua in fundo alieno, n.*51.

Arbores in tuo portatæ per aquam fluminis,an & quando tuæ fiant, numero 22.

Arbores per quot pedes debeant plantari diſtantes ab agro vicini,numero 25.

Ars mechanica fetorem inducens in uiciniа,repelli an iure poſſit à loco,numero 50.

Athena-

Athenarum mœnia quæ nam ſint, nume. 6.

Balnei vſu legato, omnia legata intelliguntur illa quæ ſunt neceſſaria ad balneum, numero 41.
Cenſuarius an cadat à cenſu ob non ſulutum cenſum, numero 20.
Cenſuaria res qualiter probetur eſſe cenſuaria, num. 21.
Cleopatra Regina Aegypti conſilium egregium Marco Antonio datū numero 40.
Communi diuidundo an agi poſſit ratione ſeruitutis, numero 31.
Cluſæ molendinorum in fluminibus an fieri poſſint à priuato, nu. 77.
Conſtituta inter plures in vna fonte, numero 31.
Conductor lacus an poſſit deſtruere omnes piſces lacus conducti, numero 42.
Contractus regulariter facti intelliguntur ſecundum naturam contractus, numero 55.

Domini terrarum an poſſint pro ſe reſeruare certa loca piſcandi, numero 38.
Domini lacus & ſtagni an ſint Domini piſcium in lacus, & ſtagno exiſtentium, numero 39.

Edictum Prætorium noui operis nunciatione & interdictum, quòd vi aut clam, an locum habeat in ſeruitutibus & operibus pro deriuandis aquis, n. 37.
Euntibus ad molendinum loci per multos annos, an liceat ire ad aliū molendinum, primo relicto, numero 75. 76.

Fluuialis curſus an poſſit mutari à priuato, numero 11.
Fontis an poſſit haberi ſeruitus, numero 30.

Gabellæ pretium an ſit augendum ob auctum Comitatum, nume. 20.

Imperator eſt iuriſdictionaliter Dominus totius orbis, numero 46.
Immunitas Gabellarum conceſſa particularibus ſuper fundo, an conceſſa intelligatur ementi fundum prædictum, numero 58.
Immunitas quanto tempore præſcribetur, numero 59.

In ſeruitutibus conſtituendis, conſenſus eſt requirendus omnium habentium intereſſe in re, numero 51.
Ionij maris cuius ſit finis, numero 8.
Iter quale ſit ius eundi, numero 67.
Iuriſdictio cohærens fundo, an veniat in venditione fundi, n. 55. 56.
Iuriſdictio alui fluminis derelicti inter duas ciuitates cuius ſit, numero. 24.
Ius hauriendi aquam an poſſit turbari de publico, an tali priuetur ſeruitute, & an tale ius tranſeat in hæredes, numero 34.

Lacus Benacus cuius ſit Excellentia, numero 39.
Lacus, & ſtagnum quid ſit, numero 13. 14.
Liber Cenſus an probet rem eſſe cenſuariam, numero 21.
Libellus qualiter formetur in materia finium regundorum, nu. 28.
Littus maris cuius ſit vſus, numero 13.
Littus quid ſit, numero 9.
Littus maris Hadriatici cuius ſit Iuriſdictio, numero 10.

Mare dulce cuius ſit natura, numero 4.
Mare mortuum cuius ſit natura, numero 4.
Maris Rubei natura, num 6.
Mare an dicatur eſſe in territorio, numero 6.
Mare qua iuriſdictione regatur, numero 6.
Mare heſternum an ſit nauigabile, numero 7.
Mare Boſſorum, Ionium, Cymericum, & Aegeum quod nam ſit, nu. 8.
Melioramenta agrorum cenſuariorum, & Tributariorum; an faciãt augere cenſum, num. 20.
Munitio uiarum qualiter & quando ſit facienda, numero 18.
Muris, & ſepibus, domibus, puteis, foueis, & ſepulchris qua diſtantia eſſe debeant arbores plantandæ, numero 26.
Molendinum an ſit predium ruſticum, vel vrbanum, nu. 73.
Molendinum ſuperius tuo an liceat mihi ædificare, vel deorſum à tuo numero 74.
Molendinum Eccleſiæ an cogi poſſint ſoluere quid Communi pro gabella, numero 79. 81.
Molendinum plurium ab vno ex ſocijs refectum, an reficiens poſſit cõſequi

ſequi ſolutum à conſocijs ſuis, numero 80.

Natura maris quænam ſit, numero 1.
Nauarei cuius ſit officium, numero 3.
Nauis piſcatoria an ueniat in locatione lacus, numero 40.
Nauigationis ſeruitus an ſit urbana vel Ruſtica, num. 63.
Nemo habet iniuſtè nocere alteri, numero 44.
Noui operis nũciatio an habeat locum in riuis, fiſtulis, canalibus, & cloacis, numero 36.

Obligatus ad ſeruitutem qualiter cogi debeat, numero 44.
Opus, vt deſtruetur, qua actione agatur, numero 52.

Pactum non faciendi feneſtram in proprio muro an afficiat emptorem, numero. 57.
Pactum ne altius tollatur an afficiat ſingularem ſucceſſorem, n. 58.
Peritis in arte Agriculturæ eſt ſtandum circa radificationem arborum, numero 22.
Piſces exiſtentes in lacu an eſſe dicantur in libertate, numero 39.
Pes quid ſit in menſura, numero 27.
Piſcationes in mari, & fluminibus an præſcribi poſſint à priuato, numero 38.
Præſcriptio an locum habeat in ſeruitutibus, numero 62. 64.
Princeps an poſſit ſtatuere ſine cauſa in priuatorum damnum, n. 46.
Pecunia deputata ad vnum effectum, an ſit in alio effectu expendẽda legitimè, numero 29.
Prælìantes in pelago tenẽtur ſcire naturã aquarum marium, n. 2.
Portuorum bonitatem, & triſtitiam ſcire habet claſſium Duces, n. 2.
Probatio de auditu, auditus an admittatur ad probandum memoriam operis facti, num. 45.

Res emphitheotica aucta, an faciat augere cenſum, numero 20.
Ripa an cedat fundo, numero 15.
Ripa fluminum cuius ſit vſus, numero 14.
Ripa fluminum an ſit publici iuris, numero 15.
Ripa fluminum an veniat in menſura & venditione agrorum ripa

contiguorum fluminum,numero 15.
Ripa quæ ſit munienda, numero 15.
Ripæ fluminum an ſint publicæ,vel priuatæ, numero 16.

Sacer locus intermedius an impediat ſeruitutem, numero 47.
Seruitus aquæ ducendæ Aquæductus Hadriani an poſſint haberi per priuatum,numero 30.
Seruitus an poſſit haberi ab vno fonte conſtituta inter plures,n. 31.
Seruitus qualiter,& quibus cauſis exercentur,numero 44.
Seruitus ſiue ſeu cloaca repleta ad quem ſpectat illã curare,n. 45.
Seruitus aquæ ducendæ per agrum,an duci poſſit per omnem agri partem,vel ab vna parte tantùm,numero 53.54.
Seruitus negatiua qualiter conſtituatur,numero 59.60.
Seruitutes vrbanæ,& Ruſticæ quæ nam ſint,numero 61.
Seruitutes quo præſcribentur tempore, numero 62.64.
Seruitus viæ ſuper fundo in qua parte conſtitui debeat,numero 53.54.64.65.& 66.
Seruitutes quæ nam ſint vrbanorum & ruſticorum prædiorum, numero 70.71.
Seruitus agri plurium an conſtitui poſſit ab vno ſociorum tantùm, numero 72.
Seruitus quando debeatur,& quando opus ſit refectione quid ſit agẽdum,vt illa reficiatur,numero 45.
Sodomia qualiter ſit puniẽda,numero 4.

Theſeus nauigauit mare Euſinum,numero 4.

Venetorum Ciuitas qualiter ſit Regina maris Hadriatici,nume. 6.
Violentia an licitè poſſit in publico loco,numero 13.
Vicinus inferior tenetur recipere aquã pluuiã agri vicini ſuperioris numero 48.
Via qualis ſeruitus ſit,numero 68.
Via cuius eſſe debeat latitudinis,numero 69.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Natura maris.
De Littoribus.
De Fluminibus.
De Aluuione.
De Ripis, Alueo, & Foſſa.
De Stagno.
De Lacu.
De Aquæductu.
De aqua pluuia arcenda.
De aqua quotidiana, & æſtiua.
De Seruitutibus Vrbanis, & ruſticis.
De Molendinis.

EST natura maris facere reuma per
fluxum & refluxum, quòd areſtiam,
ſeu maricellum nuncupantur nau-
tæ; & commota harena ob magnas
1 tempeſtates in fluctibus, & plus in
ſiccis & harenoſis locis, ſyrtoſis, &
ſcopuloſis, & apud littus fit reuma
magis, quàm in profundo: & impe-
tus reumatis uincitur remis, cui in
terdum cedit & ventus, & hęc variantur in variis locis or
bis propter profunditatē, & ſiccitatem, locorumq; varieta
tem. Nā in quibuſdā locis aqua creſcit & decreſcit de die
quandoque uel denocte, de mane vel de ſero, & in variis
horis diei, & ſeu noctis; & quandoque in principio diei,

vel noctis, uel in medio aut in fine; & quandoque per quatuor, quinque, vel ſex horas, & plus vel minus, ſecundum varietates & qualitates maris, aquarum, locorum, tempeſtatumque, & temporum.

2 Et † præliantes in pelago naturam ipſius ſcire tenentur, moreſque & conſuetudinem aquæ, qualitatem locorum, & temporum mutationes, littorum & portuorum bonitatem, triſtitiam, & malignitatem, vt aliàs dixi, vbi nauigatur; ne in ipſorum ingreſſu aut receſſu nauigia patiantur naufragio, vt incautis & inexpertis ſæpius contingit in locis illis propter reuma, & tempeſtates atterratis, vel natura munitis.

3 Ideò † Nauarei ſeu Pilottæ eſt officium aperire vadū nauibus, vt tutò valeât nauigare, & capere, & exire portū. & idem habent facere nauigantes cum claſſe vel mercibus ne patiantur naufragium in intrando vel exeūdo portum. nam portus omnes non ſunt tuti, patentes & clari natura, vt eſt portus Brundiſii, quem multi & varii portus claudunt in vna parte, & adeò tutus eſt, quòd nullæ fortunæ ſubiicitur, neque ab ea vexatur; & tenet in ſe dictus portus cum Ciuitate Brunduſii caput & cornua cerui, & ita lingua Meſapia caput cerui nuncupatur Brunduſiū. Mare Euſiniū nauigauit Theſeſus, & vnam ex Amazonibus fecit captiuam, nomine Hyppolitam.

4 Dulce † mare eſt placidum & nauigabile, mortuum uerò mare non eſt nauigabile; eſtque mare mortuum apud Iordanum in loco vbi fuerūt Sodoma, Gomora, Adama, Sabym, Segor, & Elleale; quæ eſt Bale, & dicitur Aſphalti locus ille dictarum ſex Ciuitatū, quas Deus conſumpſit cœleſti incendio, ob crimen nephandum ſodomiæ, de quibus meminit gloſa in cap. ſed & cōtinuò, de pœniten. diſtin. 1. vt aliâs dixi in alio libro &c. Et natura aquæ dicti maris mortui eſt, quòd non eſt natabilis, neque potabilis; ibi ferrum natat & pluma mergitur, & quædam ibi naſcuntur pulcherrima poma exterius, & ſunt poſtea interius plena fauillis & cineribus: his namque verbis deſcribitur

bitur luxuria cum pœna Sodomiæ, capi. luxuria, triges. quin. diſtin.

5 De † aquarum qualitate & natura aliàs dixi in libro illuſtratæ, & inſtauratæ militię, in tractatu de aqua potabili inuenienda in locis ſalſis & montanis.

6 DE † mare rubro habetur textus in l. ſi non ſint, §. ſinali ff. de auro & argento legato. Et an mare dicatur eſſe in territorio vel diſtrictu. Dic quòd ſic, l. pupillus, ff. de auro & argento lega. & per Doctores Canoniſtas in capitu. Vbi maius. extra de electione libr. 6. & regitur mare per magnas ciuitates in mari, vel propè mare iacentes, vt de ciuitate Venetiarum præter Vrbem in Italia Reginam Hadriatici maris: cuius mœnia ſunt naues, vt voluit Themiſtocles de Athenis, dicens, Athenas habere męnia lignea, intelligendo de nauibus, quibus ſuo Duce Themiſtocle obſtiterunt Athenæ potentię Xerſis, & in ciuitatibus mari iacentibus ius ritè regitur pro caſibus occurſis in mari, vt dicit Baldus in l. 1. C. de ſenten. ex periculo recitandis, & in l. cum dicas, C. de nautico fœnore, ęquiperat Baldus more homini potenti.

7 Mare † harenũ eſt innauigabile & periculoſum, nã ibi olim ante Alexandrũ magnũ perit exercitus barbareę gẽtis tempeſtate harenę à ventis eleuatæ fluctibus altis.

8 In † Ionio mari eſt columna poſita, diuidens orientem, & Occidentem; à Ionia regione dictum eſt mare Ionium Peloponeſſi; & vt legi dicitur mare Boſſorum, Cymercium, & Aegeum in Arcipelago Grecię. Sunt & Cyrneum, Lybicum, & Sardonicu m, & maria alia diuerſę naturę aquarum, fluctuum, & ventorum; littorum & ſtationum.

9 Quæro † quid ſit littus maris, & quantum ſe extendat. Dico illud dici, & intelligi, & tantum eſſe, quantum ſe extendit ipſum fluente aqua maris tempore hiemis, vt inſtitu. de rerum diuiſio. §. eſt autem littus. Et An littus maris ſit iuris publici, vel priuati. Dic eſ-

ſe publici iuris.l. littus ff. de rerum diuiſio.& Inſtitu.eodem,§.eſt autem littus,cuius eſt vſus publicus.l.littorum, & l.Nemo, & l.Riparum, & l.littora, & l.in littore,ff. ne quid in loco publico fiat.

10 Et littus † maris Hadriatici in genere eſt Dominorũ Venetorum, ſed in particulari eſt Ciuitatum vicinarum, habetur per Bart.in l. quominus,ff.de fluminibus, & in l. Sanè,ff.de iuriſdictio.omni.Iudi.& per Bal.in l.penul.colum.6.de conditionibus inſertis.

11 Quæro † de fluuiali materia,an liceat cuicunq; mutare curſum fluminis publici. Dic quòd non,munire autẽ ripam fluuialem abſque vicinorum incommodo licet, & illorum ſunt incrementa patentia,quibus prius erant patẽtia. Latentia verò aluuionis iure creſcunt illis,qui ſunt domini fundi,nec mutato alueo perditur dominium fundi circuiti per ipſum,neque terra perditur in ſolido relicta per ſaltum,niſi paulatim tacito incremento accreuerit alteri per aluuionem.l. 1. C. de aluuionibus,& pallu. paſcuiſque ad alium ſtatum translatis.

12 Et aluuio † eſt emolumentum ſeu augumentum tacitè accretum in fundo per aquam turbidam fluuialem, vt inſtitu. de rerum diuiſio.§. præterea. prætor prohibet quid in fluminibus publicis, ripiſuè eorum fieri quo peius nauigetur l. 1.ff. de fluminibus, & viam publicam ſeu iter publicum refici mandat, vt ff. de via publica, & itinere publico reficiendo, & interdicit ne quid in publico ripauè eius fiat,quo aliter aqua fluat,quàm in priori æſtate fluxerit, & vetat vim fieri in flumine publico alicui quin nauim,ratemuè in ripa onerare & exonerare licere.

13 Et idem † in lacu & ſtagno, aliiſque aquis publicis mandat obſeruari bonus prætor vrbis,ne vis fiat alicui in ipſis,ripamque fluminis, ſtagni, lacus, & foſſæ publici iuris muniri per priuatum poſſe protuitione ipſius permittit,dũmodo non impediatur nauigatio, & deterior fiat, præſtando ſuper inde cautionem damni infecti in annos decem,vt in titu. digeſtorum de ripa munienda habetur.

14 Et † de littore maris, & ripa fluminum, quorum vſus publicus eſt, vt præter alios tenet D. Andreas de Iſernia feudiſtarum princeps, in titulo, quæ ſint regalia, in §. ripatica, & ſunt inalienabilia.

15 Quæro † ſi ripa fluminis venit in menſura quando venduntur agri vicini ripæ, tenet Fely. quòd non, in cap. quia iudicante, extra de præſcriptionibus, & quid ſit ripa habetur in §. ripa, ff. ne quid in flumine publico fiat, & Dic ripam fluminis eſſe publicam quo ad vſum, ſed ſolũ eſſe priuatũ l. ergo, §. Celſus ff. de acquiren. rerum dominio, & l. ſi finita, §. deinde ff. de damno infecto: ripa cedit fundo vt mare terræ, cum ſit pars terræ, à qua ſuſtinetur, l. riparum ff. de rerum diuiſio, & per Bart. in l. quominus ff. de fluminibus, colum. 8. vbi latè tractat materiam fluminum. Et flumina habent vim & poteſtatem Iudicum, & Cenſitorum, habetur per Iaſonem in dicta l. Quominus, & per Bart. ibidem, & in tractatu ſuo Tyberiadis, in verſiculo Quero cum ager &c. & in rubrica C. de contrahen. emptio. vbi firmat ripas fluminum venire in venditione fundi contigui ripæ. Ripa eſt munienda pro publica vtilitate, habetur per Speculum in titu. de cauſa proprietatis & poſſeſſionis, §. quarto verſiculo, ſed & prohibitio, & ff. de ripa munienda per totum titulum.

16 Nec † intereſt Reipublicæ, quòd ripæ fluminum ſint publicæ vt ſunt flumina, cum ipſarum commodum & incommodum pertineat ad priuatos: nam arte priuatorum & cultura recipiunt incrementum priuati, & per aluuionem acquirunt agris ſuis cum ripa fluminum, & è contrario ripa ab aqua fluuiali corroſa tenentur priuati viã cum ripa pro publica vtilitate reſarcire fluminibus de propriis ſuis priuatorum agris ripæ contiguis.

17 Quæro † ſi aluuio habeat locum in foſſis, & aquis priuatis agrorum. Dic quòd nõ, ſed tantum habet locum in aluuione quæ fit per aquas publicas iuris publici, vt ſunt flumina quæ vim habent & ius Iudicum dandi, & tollendi, vt ſupra dixi, & tale ius non habent aquæ priuatæ, l.

nemo

Nemo ff. de rerum diuiſio, & l. 1. & 2. ff. ne quid in flumine publico fiat &c.

18 De † munitione viarum, & argerum, & qualiter fiat & fieri debeat pro quantitate patrimonii poſſeſſorum habetur in l. fi. de immunitate nemini cõcedenda, lib. deci.

19 Et † quia quædam ſupra dixi de aluuione, ſciendum eſt quòd illi, cui accreſcit emolumentũ, accreſcit & onus, & propter decrementum proueniens ſeparabile ab alueo per aluuionem in tributario fundo pro rata minui debet tributum, & ob incrementum augeri pro rata cognitum ſeparatim ab alio decernibile, l. ſi, & l. ſi quos, C. de aluuioni.

20 Et † ſi augeatur comitatus ipſius, locatis vectigalibus, & per conſequens augeatur illorum introitus an ſit etiã augendum pretium. Dic quòd ſic, l. item ſi fundi, ff. de vſu fructu. Et auctis introitibus, augetur etiam clericorum numerus, vt ſit determinatus numerus clericorum; licet non augeatur emphitheotæ ex melioratione fundi, ſecundum Bal. in l. cum fundus, C. de ſolutio. & de aluuio. l. fi. & per Bar. in l. quicunque C. de omni agro deſerto, lib. vndeci. & l. 1. C. de iure emphitheo. neque augebitur penſio colono ex eo, quòd fortuito & inopinato caſu fuerit multum lucratus, l. ſi merces §. vis maior. & ibi glo. ff. locati, quę dicit, quòd pro inſolito fortunæ incremento ex operis vel alio modo, de quo debuerit cogitari poteſt augeri Canon, vel penſio: non autem pro ſolito, quia nullum fit augmentũ ratione ſoliti, vt per Bal. ibi poſt gloſam. Nec debet per ſe cenſeri aluuionis incrementum, ſed iudicari vnum corpus cum eo, cui accreuit. Nec impinguatio ſeu melioramentum culturæ hominis facit accreſcere tributa, neque ad fiſcum pertinent incrementa quoquo modo facta in agris tributariis & cenſuariis. l. fi. C. de aluuioni. & dicebat Bartholus in l. 1. ff. de publicanis, & Abbas in cap. Innouamus, de cenſibus lib. 6. quòd contractus cenſualis propriè eſt, per quem omnes ius transfertur in cenſuarium hoc acto quòd aliquid ſoluatur nomine cenſus,

quo

quo caſu nõ ſoluens cenſuarius nõ cadit à iure ſuo, quia poteſt purgare moram, cap. Conſtitutus, de religioſis domibus., ſed fidelis præſumitur non ſoluens cenſum debitum, vt dicit Baldus in Margarita ſua, in verbo Cenſus, & in l. Plures, C. de fide inſtrumen. & eſt vſurpare libertatem &c.

21 Quæro † de libro Cenſuariorum ſi probat. Dic quòd ſic, quantumque non ſit ſcriptus manu publica, ſecundũ gloſam & Innocentium in cap. Ad audientiam, de reſcriptis. & Baldus in rubrica de fide inſtrumen. & in l. exemplo, C. de probationi. vbi dicit probare contra ſubditos tantum, & in l. fin. C. ſine cenſu vel reliquis, dicitur probari conſuetudine & per conſuetudinem, ſi ita fuit per decennium ſeruatum, & nõ inquiritur vlterius habetur per Saly. in dicta l. exemplo, C. de probatio. & probari debet conſuetudo quando tales libri ſumunt robur à conſuetudine, & non à iure communi.

22 Quæro † de arboribus per aquam fluminis in agro tuo portatis, an tuæ fiant, vel ſint dominorum, quorum prius erant. Dic quòd ſi dictæ arbores radificauerint in agro tuo, tuæ erunt: ſin autem dominorum erunt de quorum prædiis fuerint per aquam, vel viam fluminis euulſę & exportatæ in alienum fundum, & an radificauerint in fundo tuo vel non, ſtandum erit iudicio peritorum ruſticorum, qui ſint experti in arte ſua, vt dicit Bar. in l. Diuus. ff. de extraordinariis criminibus, & in l. eadem, ff. de feriis, & in l. Gallus ff. de liberis & poſthumis, & per Angelum de Aretio inſtitu. de rerum diuiſio. in §. prætereà in vltima col. & in §. ſi per aluuionem.

23 Quid † ſi flumen publicum, relicto veteri alueo aliũde tranſiuerit, facto nouo alueo, cuius erit ille vetus alueus derelictus. Dic tu, quòd erit illorũ, quorum prediis adhæret pro rata prediorum adherentium illi, vt inſtituta de rerũ diuiſio. §. quod ſi naturali. Et ſimiliter ſi reliquerit nouum alueum & redierit ad veterem alueum, nouus erit illorum, quorum prediis adhæret pro portione

adhæ-

adhærentiæ. Et ſi alueus fuerit inter duas ciuitates an cõmunis ſit earum Baldus variauit, & dixit quòd nõ, in cap. 1. quæ ſint regalia. & contrarium tenet in cap. Ex litteris de probatio. videlicet alueum eſſe communem inter dictas duas ciuitates. & hęc opinio iure comprobatur, & eſt verior & communis.

24 Iuris dictio † autẽ dicti aluei erit cõmunis vtriuſque ciuitatis vſque ad medium, ſecundum Bartholum in Tractatu de aluuionibus, & in tractatu ſuo de alueo.

25 De † aquæductu publico modo heſitatur de quo habetur in titu. de aquęductu, C. libr. deci. & per quot pedes plantari poſſint arbores propè aquæductum. Dic extra & vltra quindecim pedes, & non infra plantari non debent, & ſi ſecus factum fuerit excidãtur, quantumque radicaſſent l. 1. C. de aquęductu, quod fallit in ſulcũ ductus aquarum palatii Hadriani, l. omnes §. ſuper his C. eodem titu. libr. deci. in primo caſu habet locum in priuato habente magnam immunitatem, in ſecundo caſu, videlicet in ſulcu publico non cum alia ſit fautus lege, vt in glo. dictæ legis primæ, C. de aquæductu libr. decimo.

26 Et † per quot pedes debeant plantari arbores à confine vicini tui, habetur textus in l. fi. §. fin. ff. finium regundorum. vbi dicit textus, quòd ſi tu uis facere ſepẽ, facias in confine, & non excedas terminum, ſi murum pedem relinquas ex latere vicini in confine, ſi domum duos pedes, ſi ſepulchrum uel foueam quantùm eſt profundum, ſi puteum paſſum, ſi oliuam, vel ficum nouem pedes relinquas diſtantes à confine vicini, ſi alias arbores quinque pedes relinquas ex latere vicini propè confine.

27 Et † quid ſit pes & quantum ſpatium faciat, & comprehendat pes. Dic eſſe quindecim digitorum, & ſpatiũ quindecim digitorum dumtaxat comprehendere, & paſſus eſt quinque pedum, vt dicit glo. in cap. ſicut antiquitas, deci. ſept. queſtio. quarta.

28 Et † de materia finium regundorum, & quomodo formetur libellus habetur per Angelum de Aretio inſtitu. de

tu.de obligatio. quę ex quaſi delicto naſcun.§.hęres quoque, colum. 2. & de actioni.in §. omnes autem actiones colum.penult.

28 De † publico aquęductu non eſt licitum aquam deriuare ad agrum ſuum, & contrafacientes incidunt in pœnam publicationis illius agri, & in eo puniuntur, quod fieri non permittitur niſi per Principis reſcripta concedatur. & tale reſcriptum eſt intimandum iudicibus quorum intereſt ſub pœna denarum librarum auri, & Principis indignatione, l. 2, & l. ſi quis, & l. fin. C. de aquæductu libr. deci. & talem aquam tenentur ducere per caſtellum vel aliud paruum foramē, ne fiſtulę matrices corrumpantur, & contrafacientes puniuntur priuatione beneficii, & in corpus.

29 Et eſt notandum quòd pecunia deputata pro refectione & vſu aquęductus publici in alios vſus expendi nō debent, nec ſunt, l. ad reparationem, cum lege ſequēti C. de aquæductu. Et ſi quis dictam pecuniam retinuerit vel aliter expendiderit, in triplum tenebitur eò plus quòd habuit à fiſco l. 1. & 3. ff. ad leg. Iuliam peculatus.

30 Quæro † de fonte ſi in ea haberi poſſit ſeruitus. Dic quod non, etiam per reſcriptum quod non obſtabit, neque longi temporis præſcriptio, l. diligenter, cum lege ſequen. C. de aquæductu lib. deci. & tale reſcriptum eſt intimandum Præfecto prætorio, & aliis quorum intereſt, vt ſupra dictum eſt de aquæductu publico, ſub pœna de qua ibi l. 2. cum ſimilibus, C. eodem. Et ſeruitus aquęducendę palatii Hadriani auctoritate reſcripti prohibita eſt, & cōtrafacientes puniendi ſunt in libris centum auri, l. omnis C. de aquæductu, libro vndecimo.

31 Quid † ſi ex vna fonte conſtituta ſit ſeruitus pluribus vt aquam ducat, poterint inter ſe agere iudicio communi diuidundo ſi inter ipſos aliqua fuerit diſcordia, l. Lutio Titio, ff. de aqua quotidiana & ęſtiua, & poterit aqua partiri prudentum iudicio.

32 Quęritur † de iure hauriendi aquam, ſi de publcio tur

Rr betur

betur alicui, qui iure tali fuerit vſus tanto tempore, cuius initii memoria hominum non extat in contrariũ, l. vſum, C. de aquæductu.

33 Et tali ſeruitute priuantur illi qui hortos, vel agros furtim irrigauerint de aqua publici aquæductus, vt in d. l. vſum, C. de aquæductu, lib. 11.

34 Et † an ſeruitus auriendi aquam, vel ſimilis ſeruitus trãſeat ad hæredes. Dic, ꝙ ſic, quia ſeruitus realis non extinguitur cum perſona, l. pe. ff. de ſeruitutibus vrbanorũ prædiorũ, & ibi contrarium tenet Bald. & dicit ſe ſic reſpondiſſe antequam vidiſſet illum textum.

35 Quæritur † de Lacu, Foſſa ve, & ſtagno priuatis quandoq; creſcentibus, & quandoque decreſcentibus habeat locum in eo ius aluuionis, vt in publico flumine. Dic, vt aliàs dixi, quòd non, l. lacus, ff. de acquir. rerum dominio, & l. litus, la ſeconda, ff. de verborum ſignificatione.

36 An ſit † ſpernenda no. operis nunciatio in riuis, fiſtulis, canalibus, & cloacis; & in rebus vbi ſit allatura periculum. Dic, quòd ſic, vt aliàs ſupra dixi loco ſuo.

37 Pro huiuſmodi † ſeruitutibus, & operibus pro deriuandis aquis, & de fonte habetur in titu. de riuis, & in titu. de fonte, & cloaca, ff. in quibus habet locũ edictũ prętoriũ, vt interdictũ, ꝙ vi aut clam non uſo precario, ibidẽ habetur.

38 Occurrit † caſus circa piſcationes in mari, & fluminibus, quæ licèt communes ſint omnibus, vt in l. 2. & in l. Nemo, ff. de rerum diuiſio. An poſſit priuatus præſcribere ipſas, ſi ſolus ſit piſcatus 30. vel 40. annis. Dic quòd ſic, per l. quiſquam, ff. de diuturnitate temporum, ſecundum Andream de Iſernia in titu. quæ ſint regalia, in §. Redditus piſcatorum, vbi etiam dicit terrarum Dominos quoſdam conſueuiſſe habere certa loca in fluminibus, in quibus nõ poteſt aliquis piſcari niſi ipſi & hęc eſſe ſecundum mores locorum. Et per Io. Fabri, & Chriſtoph. Porcũ inſt. de rerum diuiſ. in §. Flumina, vbi firmant, ꝙ ſi quis fuierit piſcatus in vno loco 30. annis, ꝙ poterit prohibere alium venientem ibi ne piſcaret.

39 Pro hoc † facit textus in l. Diuus, ff. de ſeru. ruſt. præd. & prohibente domino nõ piſcabitur. Et piſces exiſtentes in lacu, & ſtagno ſito in fundo priuato, in poſſeſſione ſunt domini lacus, & ſtagni priuati: ſecus ſi fuerint in magno lacu & ſtagno, quoniã tunc non poſſidentur, ſed in libertate piſces eſſe dicuntur, exiſtẽtes in lacu magno, vt de Lacu Benaci, qui dicitur lacus de Garda, vel de lacu Peruſii, vt tenet Ang. & Alex. in l. 3. §. Nerua, ff. de acq. poſſ. Lacus Benaci eſt apud Penacum Oppidum, & dicebatur antiquo tempore Penacus, & eſt in loco amœniſſimo Lombardiæ, eſtq; magis longus quàm latus, cuius longitudo eſt à Ponente brumale ad Aquilonem, circa triginta milliaria currit, & quantò Mincius tollit à meridie, tantò Farca, & Penale flumina à Borea, & à Septentrione reddunt illi aquam, & fluctuat vndis, vt mare, & quando eſt placidus tenet aquam adeo claram, quod eius fundus inſpicitur, & circum circa ipſum ſunt amœniſſima loca, & viridaria pulchra cum cedris, & arboribus aliis valde delectabilibus, & in eo capiuntur optimi piſces, & Carpiones, qui paſcũtur auro, & in principio Autumni vſq; ad Ver ſoliti ſunt capi, & non alio tempore.

40 Cleopatra † Aegypti Regina, vt legi, dũ foret in Alexãdria luxuriando, cum Marco Antonio, intẽto expiſcationibus piſcium erga ipſum inquit, monendo iocosè, Oportet mi Imperator Antoni te fore magis intentum circa expiſcationem Regum, Ciuitatum, Marium, & Nationũ, quàm præda piſciũ. Dicebat Bald. in l. 2. ff. de verb. ſign. ꝙ in locatione lacus veniũt piſcatoriæ naues, vt acceſſoriæ.

41 In vſu † legato balnei comprahenduntur omnia neceſſaria ad vſum balnei, vt in legato fundi ad vſufruendum, quòd cõpræhenduntur omnia neceſſaria inſtrumenta ad fruendum, & laborandum ipſum, vt de fundo inſtructo, l. Patronus, §. fi. ff. de leg. 3. notat Bald. in l. 2. ff. de iuriſdi. om. iud. & in l. ſi quid, §. proprietatis, & l. item ſi fundi. ff. de vſufructu, & per ſcribentes ibi.

42 Quæro † de caſu, quidam conduxit lacum, & om-

nes piſces eius piſcando deſtruxit, an teneatur ad intereſſe locanti. Dic quòd ſic, l. vſufructuarius, §. in vſuriis, ff. de vſufructu, arbitrio enim boni viri vti debebat dicta expiſcatione.

43 Et † licèt aqua lacus creſcat vel decreſcat, non tamen lacus creſcere vel decreſcere dicitur pro opere facto auctoritate publica nõ competit actio aquæ pluuiæ arcendæ, quæ domino datur proprietario, & vtili, & non vſufructuario; neque in vſufructuarium dirrecta, ſed vtilis datur ſi patiente uicino opus faciam, ex quo ei aqua pluuia noceat non tenebor hac actione aquę pluuiæ arcendæ.

44 An † locum habeat hęc actio aquę pluuiæ arcẽdæ quãdo damnum timetur ex opere manu facto. Dic quòd ſic, & ſi vicinus opere induſtriali diuerterit aquam ad fundũ vicini, vt ſibi noceat, cogitur actione prædicta opus deſtruere, & ad priſtinũ ſtatum reducere aquã, niſi tale opus principaliter eſſet factũ cauſa colẽdi agrũ, & coligẽdi fructus, & datur hęc actio vicino inferiori cõtra ſuperiorẽ, & e cõuerſo, ſi opus manu factũ noceat, ſecus ſi nõ noceat, ſed proſit opere ſuo manu facto, vel ſi naturaliter ſit effectum, quo caſu quãtumque lucrum auferatur vicino hac actione non tenebitur. Non quæritur vnde aqua oriatur an ex ruſtico vel vrbano prędio, ſed cui noceat conuentio, primo inſpicitur in aquæ curſu, ſecundo loci natura, tertio vetuſtas & conſuetudo dat iuriſdictionem contentioſam: & cogi poteſt debens ſeruitutem, vt patiatur, non vt quid faciat & quòd ſit agri colendi cauſa, ſi aliter ager cogi non poterit in hac actione non venit, niſi certa ſcientia de hac caueatur, vel ſeruitutis iure debeatur. Nec debet homo nimis eſſe furioſus in tuendis rebus ſuis vt aliis iniuſtè noceat. l. i. ff. de aqua pluuia arcen. ſeruitus natura loci, & præſcriptio facit hanc ceſſare actionem, & contrauenientes impedimento prępoſita tenebuntur actione, ſecus ſi fieret publica auctoritate, vel memoria facti non exiſtente &c.

45 Foſſa † ſeruitutis, in fundo repleta vicini eidem inſi-

ciens

ciens cogitur eam refici, ita quòd non officiat vicino, & non patientes vti naturali opere tenebuntur actione de aqua pluuia arcenda. Et probatio de auditu, auditus admittitur ad probandum memoriam operis facti, & niſi im moderatè lędatur vicinus obnoxius ſeruituti hac actione non vtetur l. 2. & per Doctores ibi, ff. de aqua pluuia arcẽda. Et ſeruitus quando debetur, & opus ſit aliqua refectio ne, quis teneatur ad illam an dominus prędii ſeruientis, an vtens ſeruitute, habetur per Bar. in l. 2. §. apud Labeonem, ff. de aqua pluuia arcenda.

46 Et † ſi Princeps, aut Ciuitas voluerit facere foſſam in alieno fundo, licèt omnia quò ad iuriſdictionem, & proprietatem, ſint Principis, & maius dominium, immo ſolũ ſpectet ad ipſum quantum ad iuriſdictionem intelligitur reſpectiue generalem, & ad fiſcalia ſecundum Archidiaconum, in cap. Quamuis de feriis, & Speculator in titu. de feriis, verſiculo 23. queritur &c. & ſic priuato refici debet extimatio rei ſuæ, & ratio eſt, ſecundum omnes Canoniſtas, & Legiſtas, quòd vbi eſt certum, non ſubeſſe cauſam, non poteſt princeps in damnum ſtatuere priuati in ipſis quæ ſunt de iure naturali, & ſic ſine cauſa non poteſt tollere rẽ ſuã alicui. Et licèt Imperator ſit dominus totius. Orbis iuriſdictionaliter intelligitur, vt alias dixi l. deprecatio ff. ad leg. rhodi. de iactu. non tamen habet de iure Dominium rerum priuatarum, quæ olim fuerant conceſſæ occupantibus, vt inſtitu. de rerum diuiſio. quaſi per totum titulum, & hęc procedit concluſio etiam reſpectu bonorum infidelium, quæ ſine cauſa eis auferri non poſſunt, cap. ſuper his, & per Doctores ibi, extra de voto.

47 Locus † publicus medius interueniens, non impedit ſeruitutem. Sacer verò locus intermedius impedit omnẽ ſeruitutem quæ per vſum retinetur, & per non vſum perditur. Et ſi aliquid noceret vię per quam itur ad fundum, & ipſi fundo noceret, & vbi hæc actio eſt in rem ſcripta datur contra ſingularem ſucceſſorem nõ ſimulatum damnum contingens ex fundo vendito poſt conteſtatam li-

tem

ſem venit in hoc iudicio, quo proponitur cõtra dominũ. & poteſt quis conueniri pro damno præterito infra annũ, quod vi aut clam, poſt annum verò actione in factum ex edicto de alienatione mutandi iudicii &c.

48 Inferior † vicinus tenetur recipere aquam pluuiam ſuperioris agri naturaliter diſcurrentem, & naturalis ſeruitus eſt agri inferioris recipiendi aquas agri ſuperioris, l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. non tamen debet vicinus ſuperior corrumpere vel fœdare aquam, aliàs poſſet contra eum procedi vel agi, ſi damnum detur inferiori vicino opere facto manuali in prędiis plurium contra quem volo agere, poſſum, & ad hanc actionem ſufficit quem eſſe dominum loci tempore quo ædificat; & ſi vnus ex pluribus dominis egerit vel conuentus fuerit etiam cõdemnabitur ad intereſſe pro ſua parte, & hæc actio perſonalis eſt in rem ſcripta, & pro damno futuro tranſit in ſingularem ſucceſſorem.

49 Et † ſi quis fecerit artem męchanicam portantem malum odorem, & fętorem afferentem viciniæ an prohiberi poſſit per viciniam ne talem artem ibi exerceat. Dic quòd ſic, l. 2. §. ſi quis ædificauerit, & ibi Bart. ff. ne quid in loco publico, & ibi gloſ. & Doctores, & per Bartholomeum Veronenſem in tractatu ſuo ſeruitutum, in titulo de cloacis, & in titulo de aere.

50 Poſſeſſor † actione directa conuentus, ſi fundum alienauerit pendente iudicio, ex prima inſtantia cõdemnabitur, & hac actione tenebitur ad patientiam dominus quã non fecit, nec nomine ſuo vtiliter factum eſt, & qui fecit ad intereſſe tenetur quod vi aut clam, qui conuenitur ex ſuo facto non liberatur cedendo rei, ſecus ſi cõuentus foret ex qualitate rei, hæc actio non datur pro opere quod fit in publico, ſed pro eo dumtaxat, quod fit in priuato auctoritate priuata &c.

51 In † ſeruitute irreuocabiliter reſtituenda, omnium requiritur conſenſus illorum, qui ius habent in re, aut in ſeruitute, uel ſperant habere ex cauſa de præterito, hæc actio

aquæ pluuiæ arcendæ principaliter datur, ut opus manu factum iudicis officio tollatur, & fit condemnatio de contingente damno poſt litem conteſtatam, & non ante, & ille qui habet ius ducendę aquæ an poſsit facere archum ſuper iter, & fundum alienum pro ducendo aquam. Dic quòd non, neque archum facere poterit ille, qui habet ſeruitutem uiæ, uel actus ſuper alienum aquæductum agendo contra illum qui fecit opus, uel eius hæredem, & fit cōdemnatio, ut ſuis expenſis deſtruatur, ſed cōtra alium qui non fecit ſed poſsidet opus, fit condemnatio, ut patiatur deſtrui expenſis petentis niſi ſit dominus eius qui fecit, quia tunc tenetur uel deſtruere ſuis expenſis, uel dare ſeruum pro noxa, & ad uerum intereſſe fit condemnatio contra non deſtruentem &c.

52 Pro † opere manu facto agitur, ut deſtruatur, & pro facto opere natura agitur, ut præſtet patientiam reficiendi, & unus ex pluribus poterit agere hac actione, propoſita cum uno, uel cum ſingulis ſeparatim, aut ſinguli cum ſingulis, & è conuerſo, & actio perimitur unius ſolutione, licet ſuccurratur ſoluenti contra cæteros, & ille ſocius qui non fecit opus ad patientiam tantùm conuenitur, & non ad impenſam, & ſi unus ex pluribus dominis egerit, uel cō ueniatur pro parte ſua tantùm, hac actione condemnabitur, & hæc ſummatim habetur in iſto ttactatu de aqua pluuia arcenda.

53 Quæro † de illo qui ius habet ducendi aquam per alienum fundum, an eam poſsit ducere per quamcunque partem velit. Diſtingue, aut ab initio, aut poſt, primo caſu ſi ab initio poteſt, ſecundo caſu videlicet poſt, non poteſt mutare, l. fi. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua &c.

54 Quid † ſi duo aquam ducunt alternatim diuerſis temporibus, ſi mutant tempus vel horas, an retineant debitā ſeruitutem aquæ ducendæ. Dic quòd ſic, l. Cum conſtat. §. fina. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, quod limita dolo ceſſante &c.

55 Contractus † factus in dubio intelligitur factus ſecun

dum

dum ipſius naturam,& cõſuetudinem,l.ſi prius,§.primo, ff.de aqua pluuia arcenda, & pactum factũ contra ſubſtantiam contractus eſt nullũ,l.cũ præcario,ff.de precario &c.
56 Quæro † ſi in contractu venditionis fundi cum omnibus iuribus, an veniat iuriſdictio cohærens fundo,in quo fuerint erectæ furcæ. Dic,quòd non, ſecundum Baldum in l. à procuratore.C.de nundinis.
57 Quid † ſi foret pactum de non faciendo feneſtram in proprio muro, an afficiat emptorem. Dic quòd non,per glo.in l.3.§.opus,& per Bart.ibi,ff.de alien.iudi. mut.cauſa facti,& in l.venditor,ff.communia prædiorum,& Bald. in l.ea lege,C.de conditioni. ob cauſam &c.
58 Quid † de immunitate cõceſſa alicui eundi per territorium abſque vlla ſolutione pedagii vel gabellæ, & territorium foret alienatum,an talis conceſſio afficiat particularem ſucceſſorem. Dic quòd ſic,ſecundum Bald. in l. pen. C.de conditione inſerta. Nam pactum non afficit emptorem niſi ſit reale,exempli gratia, promitto non ædificare in fundo nè luminibus afficiatur, & tunc quemcunque futurum ſucceſſorem afficit,tenet Bart.in l.3.poſt glo.C.de alienatio. iudi.mut.cauſa facti. Et pactum nè altius murus tollatur caſtri ſub pœna conceptum imperialiter afficit ſingularem ſucceſſorem, licèt contra eum non committatur pœna ſecundum Bald. in l. cum in fundo, ff.de ſeruitutibus ruſtico. prædio. idem tenet Florianus de S. Petro in l.vt pomum, ff. de ſeruitutibus,&c.
59 Et ſi † quis cum naui per triginta annos habuerit immunitatem eundi in portum Primarii Rauennæ abſque vlla ſolutione fienda fundi nauis, an ſi & poſt triginta annos potuerit vti dicta immunitate quæſitũ eſt. Dic quòd ſic, quia non perditur beneficium pacti per triginta annos,ſed illud etiam eſt ſeruandum poſt triginta annos cũ immineat neceſſitas;niſi ante fuiſſet dictus nauta prohibitus à dicta ciuitate conducere dictam nauim in portum Primarii,& poſt dictam prohibitionem tranſiuiſſet tantũ tempus quo poſſet præſcribi,notat Bart.in l cũ in filii, C.
de

de decurionib.lib.10.& Florianus in l.ſi partem,ff.quemadmodum ſeruitus amittatur,& in l.ſeruitutes,ff.de ſeruitutibus &c.
60 Adde † quòd ſeruitus negatiua conſtituitur per prohibitionem vnicam cum obedientia per longũ tempus,gloſa eſt in l.1.ff.de ſeruitutibus,& in l.luminibus,& per Bar. & Floria.ibi,ff.de ſeruituti.vrbano.pdio.& in l.ſi forte,ff.ſi ſeruitus vendicetur,& Canoniſtæ in c. Abbate,de ver. ſig.
61 Circa † ſeruitutes vrbanas,& ruſticas habetur C.de ſeruitutib.& aqua,& inſtit.de ſeruitutib. vrbanorũ & ruſticorum prædiorũ,& ff.& C.eo.& quemadmodũ præſcribetur ſeruitus,& quanto tpe,habetur in l.1.C.eodem titulo.
62 Spatio † enim decennii præſcribuntur illę ſeruitutes ꝑ bonæ fidei poſſeſſorem, quæ cauſam continuam habent, ceſſantibus tamen interdicto quod ui,aut clam, uel præcario. Vbi habetur & ex de ſeruitutib. prædiorũ tributariorũ, & in titulo de ſeruitute legata,& in titu. de itinere actuq; priuato. Item in titulo quēadmodũ ſeruitutib. amittatur, ff.& titu.de ſeruitutib.& in titu.de ſeruitu.vrban. prædio. & in titu.de ſeruitu. ruſtico.prædio.ff.ad prædicta faciunt notata per Bar.in l.via,ff.de vſucapionib.
63 Quæro † de iure ſeruitutis nauigãdi, de quibus ſit ſeruitutibus,an de vrbanis,vel de ruſticis. Dic eē de ruſticis, l.viam,§.ſi locus,ff.de ſeruit.ruſti. prædio.
64 Circa † materiam præſcriptionis ſeruitutum cōtinuarum,vel diſcōtinuarum,& ſeu iurium incorporalium,quibus quis ſit uſus iure ſeruitutis,ut præſcribat,habetur per Fel.in c.1.de præſcr.& Bartho.Veron.in lib. ſuo ſeruitutũ in 20.titulo,colum.5.
65 Quæro † de ſeruitute viæ ſi non eſt determinata, in qua parte certa fundi, an dicatur comprehendere in toto fundo & qualibet eius parte. Dic quòd ſic.poteſt tamen officio iudicis compelli ille,cui debetur ſeruitus in re tali,ut non vadat per medium fundi, ſeu ſegetis, uel uineæ, licet ille, qui debet ſeruitutem poſſet compelli,vt uia determinetur, ſecundum Dominum Antonium de Butrio in c. fi.

de cauſa poſſeſsionis & proprietatis.

66 Vbi † etiam notabiliter dicit, quòd habens uiã ad plu res fundos vtẽdo illa ad vnum fundum, intelligitur etiam ea uti ad alios fundos, & differentiam ponit textus cum glo.inſtituta de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, uiæ,

67 actus,& itineris. Nam † iter eſt ius eundi ambulandive hominis tantum,& nõ cum iumento, aut vehiculo,ſeu curru. Et actus eſt ius eundi cum homine, iumento & vehiculo,& qui habet iter,actũ nõ hẽt, & qui hẽt actũ iter habet.

68 Via autem utrunque comprehendit cum ſit ius eundi, & ambulandi hominis,& cum vehiculis,& iumentis,& trahere poteſt trabem & lapides, & rectam ferre haſtam, quę non permittuntur habenti ſolum iter,& ſolum actum,vt l. qui in ſella,ff. de ſerui.ruſtic.prædio.

69 Quæro † de latitudine viæ. Dic eam eſſe debere regulariter octo pedum in directum, in angulis uerò ſexdecim pedum, niſi maiorem vel minorem placuerit facere conſtituentibus eam,quòd non eſt in actu,l.viæ,& l.certo, §.latitudo,& l.via conſtitui,ff.de ſeruitutib.ruſtic.prædio.

70 Prædiorũ † vrbanorum ſeruitutes ſunt, quæ adhærent ædificiis tam in Vrbe,quàm ruri,terra,vel aqua exiſtentibus,ut vicinus onera uicini ſuſtineat cũ domo ſua tignũ immittere,vel ſtilicidium, aquam, aut flumen recipere in ædes ſuas aut in cloacam uel nõ recipere,& nè altius quis tollat ædes ſuas nè luminibus officiatur vicini ſui, & ſimiles,vt inſtitu.de ſeruitu.vrban.prædio.§.1. & §.Prædiorũ.

71 Ruſticorum † autem prædiorum ſeruitutem ſunt, vt via,iter,actus,aquæductus,aquæ hauſtus,pecoris ad aquã appulſus,ius paſcendi,ius ſtercorandi,calcis coquendæ, harenæ fodiendę & ſimiles. Et prædictæ ſeruitutes urbanorum & ruſticorum prædiorũ quæ ita dictæ ſunt, quia ſine prædiis urbanis,vel ruſticis conſtitui non poſſunt, nec deberi niſi habentib.& per habẽtes de dictis prędiis urbanis aut ruſticis,ut Inſtitu.eod.§.Ideò aut &c.& in præallegatis materiæ ſeruitutum titulis,ff.& C.

72 Occurrit, † quòd duo fratres habentes agrum cõem

inter

inter ſe,unus ex dictis fratribus conceſſit uicino ſuo ſeruitutem viæ in dicto agro diſſentiente altero fratre concedētis,& ſic pendente ſeruitute, cum ſeruitus non poſſit pro parte valere,& pro parte non, an maneat in ſuſpēſo donec alius ſocius conſentiat. Dic quòd ſic,quod tamen non ꝓcederet in moriente per regulam Catonianam, l. fi.in fi. ff.cõia prediorum. Et ſic datur caſus, ꝙ actus uiuētium manet in ſuſpenſo, & non ſic morientium, vt dicitur in dicta regula Catoniana.

73 Quæro † de molendinis,& primo an molendinum ſit p̄dium ruſticum, uel vrbanum. Dic concluſiuè eſſe prædiū ruſticum potius, quàm vrbanum, & idem in furno rurali dicendum eſt,vt tenet Baldus in l.certi iuris, C. locati.

74 Quæro † de molendino ſuperius ædificato, an licitum ſit aliud ædificari molendinum poſt primum. Dic ꝙ non, & quid iuris ſi ſecundum eſt prius ædificatum, & quando duo ſunt conſtructa molendina, habetur per Bal.in l. vnica,C.de ſententiis quæ pro eo,quod intereſt.

75 Et † quid iuris ſi per longiſſimum tempus iuerim ad tuū molendinum,& tu vis me poſteà, quòd ibi molem: quia intereſt tua, ut ibi molem propter redditum molendini, & ego renuo ibi accedere uelle ad molēdinum tuum, an poſſim cogi per te, ut ibi molem, ſtante dicto uſu longiſſimi tēporis,habetur per Bal.in l. 1.C.de ſeruitutibus & aqua, & tenet,ꝙ non poſſum cogi, ſecūdum Petrum de Bellapertica,quia iſta itio fuit ꝓ modū facultatis, & per hoc nō eſt adepta poſſeſſio,uel quaſi alicuius iuris,cum ſeruitus non cadat in libero homine,neque aliqua poſſeſſio,nec obligatio inducitur perſonalis per præſcriptionem, l. obligationum ferè, §.placet, ff. de action.& obligationib.

76 Quæro † de alio caſu, habui molendinum longo tēpore in flumine publico, & alius vult ædificare ſupra meum molendinum, an ego poſſim prohibere ſi per hoc meum molendinum deterioraretur? hãc quæſtionem ponit Bal. in l.ſi manifeſtè,C.de ſeruitutibus & aqua.& concludit,ꝙ poteſt ædificare in ſuo,uel in publico ſibi conceſſo, l.Quo-

minus, & per Bar. & Alex. ibi, ff. de fluminibus, & in conſi. Alexandri 147. ſecundi voluminis.
77 Molendina, † & cluſas quando quis poſſit licitè face re in flumine, uel ripa fluminis publici, habetur per Bal. in l. ſi manifeſtè, C. de ſeruitutib. & aqua. & cluſę eſſe debent tales, ut ſibi proſint, & aliis non noceat. aliàs reduci debēt ad congruum modum arbitrio eorum, qui habent peritiā, vt ibi per Baldum, & per Bartholum, & Iacobum de Harena, & alios in l. fluminum, ff. de damno infecto.
78 Et † ille, qui habet priuilegium ædificandi in flumine, vel loco publico eſt, tunc tale Priuilegium reſtringendum ita quòd non noceat iuri alterius, l. 1. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico fiat.
79 Molendinarii † Eccleſiæ, an cogi poſſint ſoluere gabellas, collectas, & alias angarias ſimiles laicorum pro molendinis Eccleſiæ. Dic ꝙ nō, quia ſunt immunia Eccleſiarum bona ab hmōi exactionibus, l. 1. & 2. C. de Epiſc. & cle. & l. Planè, C. de ſacroſan. eccl. & c. ulti. de vita & honeſt. cleri. & de immunit. Eccleſiarum per totum titulum, & c. eccleſiarum ſeruos, 12. q. 2. & c. ſimiliter 6. q. 1. c. nō minus, cum ſimilib. de immunitate eccleſiarum. Nā certum eſt, ꝙ quando aliquid prohibetur, uidetur eſſe prohibitum omne id quod peruenitur ad illud, c. quāto, cum ſimili. de immun. eccle. & ita conſuluit D. Guliel. Doct. antiquus de Peruſio per multa iura, quod conſilium habeo manuſcriptum in antiquis recollectis pluriū Excellentiſſimorum Doctorū.
80 Cōtingit † me habere molendinum cōe cum Sempronio, quod indiget reparatione, ſi illud refecero, an repetere poſſim à Sempronio ſocio meo expenſas per me factas pro parte ſibi ſpectante expenſarum cum uſuris & ſeu intereſſe meo. Dic ꝙ ſic, ſecundùm Ang. inſtit. de obligat. quę ex delicto naſcuntur, §. item ſi inter aliquos, & ſi interpellatus erit, ꝙ ſi infra quatuor menſes non contribuerit mecum ad expenſas refectionis molēdini, uel ꝙ ipſe deberet reficere, & ipſe defecerit, & ego id refecero, adiudicabitur mihi quo ad plenum ius inſolidum, l. cum duobus, §.

Item ex facto, ff. pro ſocio, & l. 4. C. de ędificiis priuatis, & ibi per Doctores &c.

81 Quæritur † ſi pacto Publicani caueātur, q̧ omnes molendinarii molendinorum ciuitatis teneantur ſoluere dicto publicano conductori Daciorum & molēdinorum unum aureum unà cum porco. An molendinarii Epiſcopi teneātur ad id ſoluendum, D. Ricardus Malumbra tenuit, quòd non, in l. 1. C. de Epiſc. & clericis, & per illam legem, l. in ſacris, C. de proximis ſacrorum ſcrineorum, & l. iubemus, C. de aduocatis diuerſorum iudi. & l. fin. C. de principib. agentibus in rebus. Et ita cōmuniter tenetur per ſcribentes in c. Eccleſię ſanctę Marię de conſtitu. & c. non minus de immunitate Eccleſiarum.

LIB. DECIMVS SEPTIMVS
DE RE NAVALI.

AGRI limitati qui nam ſint, numero 17.
Animalia venenoſa qua arte fungatur, numero 2.3.
Antonius qualiter ſuos ſanauit uenenatos herbis peſtiferis, numero 2.

Bellum qualiter ordinetur, & fiat in mari, numero 11.

Cato in Aphrica populos Pſillos duxit, qui cantu rumpebant angues, numero 5.
Cetæ qualiter uittentur ab expertis Ducibus Claſſium nè noceant claſſi, numero 9.
Conſiliarij qualiter ſint habēdi in Claſſe experti exemplo Græcorum, numero 11.

Duces Claſſium ſi Inſulas applicuerint qui agere debeant, numero 1.

Eua prima parens decepta ſuit à ſerpente, numero 3.
Exploratores ſunt mittendi in Inſulis, & locis ubi nauigatur, nu. 1.

Pharaon habuit meledictionem à Deo propter ſuperbiam, & illum afflixit locuſtis, numero 7.

Gabella an ſit ſoluenda pro rebus portatis pro refectione domorum. numero 14.

Herbæ venenoſæ qualiter naceant claſſi, numero 2.
Herbæ venenoſæ nocuere militibus Marci Antonij in Parthia, n. 2.

Herba

Herba Sardoa qualiter ſit mortiſera, numero 2.

Inſulæ Italiæ an ſint partes Italiæ, numero 12.
Inſula quæ nam ſit, numero 13.
Inſula nata in mari, & fluminibus an ſit occupantis, nume. 15.
Inſula nata in flumine exiſtente inter agros limitatos, cuius ſit, numero 16.

Locuſta, & alia animalia venenoſa, qua arte fugantur, nume. 7.
Locorum eſt habenda ſcientia vbi nauigatur, numero 11.

Medicina quæ nam ſit proficua contra venenoſa animalia, num. 5.6.
Monſtra maritima qualiter ſint hoſtes humanæ naturæ, num. 9.

Pugna qualiter arte ordinetur in mari, & portubus, numero 10.

Saphet Rex Syriæ qualiter perit incuria cum ſua Claſſe, nu. 11.
Serpentes qua arte expellantur à tectis, & à ſtationibus ſuis, nu. 4.
Syria Phœnicia dicitur, numero 10.11.
Superbos odit, & punit Omnipotens Deus, numero 7.

Veneti, & Ianuenſes qua de cauſa fuerunt hoſtes, numero 10.

ARGVMENTVM

ARGVMENTVM.

De expellendis animalibus uenenoſis ab inſulis, vbi nauigatur.
De remedio veneni ſerpentum.
De expellendis locuſtis.
De inſulis.

IMpulſis claſſibus tempeſtate & vento
repentinis, & uiolentis ad aliquos
portus, Inſulasq́;, & fortè hoſtium.
Cauti † ſint claſſium Duces in mittẽ-
1 do prius fidos exploratores ſuos cũ
vigilantiſſimis, & mordaciſſimis ca-
nibus, & qualiter eſſe debeant explo
ratores noſtri, & cognoſcantur ho-
ſtium, dixi in lib. illuſtratę & inſtau-
ratę militię in variis titulis, vbi me refero breuitatis cau-
ſa, ad explorandum videlicèt ſi ibi ſint aliqui hoſtes, vel ip
ſorum paratæ inſidię, uel ibidem ſint aliquę ferę beſtiæ,
vel animalia venenoſa inhabitẽt, tenẽdo vigilias aſsiduò
in claſse & extra claſſem uigilantisſimas diù noctuq; opor
tuno loco & fortè ſuſpecto nè ab hoſtibus lędantur homi-
nes claſsis longo fortè fatigati & feſsi remigio & itinere
dormientes: & nè patiantur ab herbis incognitis & fortè
uenenoſis natis in dictis Inſulis, & locis ſilueſtribus tãgen
do, uel comedendo illas, ut in Parthia contingit militib.
Marci Antonii, qui oppreſsi inędia panis ob æſtum peri-
bãt mortiferarum herbarum, & vino ebriati ſanati quàm
plures fuerunt ex Antonii militibus.

2 In † Inſula Sardiniæ oritur herba Sardoa, quę ſi comedi
tur ab homine facit retrahere neruos, ita ꝙ homo talis pe-
riit infra horas 24. & tam moriens, quàm mortuus ridere

videtur

videtur. Vnde ortum eſt Prouerbium de riſu Sardonio, & ſic eſt abſtinendum à ſimilibus herbis mortiferis, & cauendum à venenoſis animalibus, & vermibus naturaliter hoſtibus humanæ naturæ ne officiant, claſſi in locis vbi quieſcit ſilueſtribus & incognitis; quibus accedũt cicuta, achonitum, & quamplures aliæ herbæ & radices mortiferę, de achonitu cantat Aquinas Poeta Iuuenalis.

Sed nulla achonita bibuntur fictilibus,
Sed illa time cum pocula ſumes gemmata.
Et lato ſetinum ardebit in auro.

3 Serpens † enim antiquus hoſtis decepit Euam primam parentem, & de his benè meminit doctus Guliel. Budæus in annotationibus ſuis Pandectarum fol. 27. n. 47.

4 Et † quia in tectis & ſtabulis mali ſæpe habitãt colubres & ſerpentes viroſi, qui hominib. & beſtiis valde nocent, ſanum eſt cõſilium ipſos expellere fumo cedri, felicis, & galbani, aliarumque herbarum & arborum, Dei ſecreto factarũ cõtra animalia hmõi, vt cãtat Virg. in Georgiis tertio.

Sæpe ſub immotis præſepibus aut mala tactu,
Vipera delituit cælumq́; exterrita fugit;
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbræ:
Peſtis acerba boum pecoriq́; aſpergere virus.
Diſce, & odoratam ſtabulisq́; accendere cedrum,
Galbaneoq́; agitare graues nidore chelidros;

5 In † Aphrica Cato duxit ſecũ populos Pſillos, qui morſus ſerpentum medebantur ore ſuggendo venenum, & illos cantu reducebant. Virgilius inquit in Bucolicis.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

6 Et † ſi quis morſu anguis ſeu ſerpẽtis detentus fuerit, ſputo ſeu ſaliua ieiuni hominis proderit repentè. Iuxta illud Lucani Poetæ Cordubenſis.

Iam primum tacta deſignant membra ſaliua.
Quæ cohibet virus retinetq́; in vulnere peſtem. & illud.
Vltima caſtrorum meditatus circuit ignis.
Hic ebolum ſtridet peregrinaq́; galbana ſudant;
Et taris non læta comis, eoaq́; coſtus.

Et panacea potens; & theſea centaurea phen.
Cedanumq́; ſudat. flammis erycinaq́; tixus.
Et Lari.es ſumoq́; grauem flammis ſerpentibus vrunt.
Abrothanum, & longe naſcentis cornua cerui.

Et certè ſi ſquameus ſerpens concludatur, tractus, in giro cum igne & frondibus filicis, & fraxini, facta earum corona circum circa, magis in ignē fugere conabitur, quàm in frondes prędictas, vt legi in Varone, & Portio Catone. Prodeſt percuſſis aſpidum & ſerpentum, ſi vrinā biberint, vel melanci puluerem in vino veteri menſuræ eminæ, ſcilicet libræ, & in nares infuſum, appoſitoq́, ad morſum ſtercore ſuillo efficaciter curari, & ictus ſcorpionum medentur ſi mortui illicò & attriti ſuper imponantur, & oleum prodeſt ſimilium ſcorpionum puncturis, & uiperam ferunt exauſtam, & in cinerem reductam mederi eiuſdem beſtiæ morſum. Et gallina viua lacerata & poſita morſui prodeſt incontinenti, quia ad ſe trahit venenum ſecundum Nigidium; & ſi quis duas nuces, & totidem ficus ſiccos cum viginti foleis rutæ tritis, addito ſalis grano, & ieiunus ſummeret, nullum veneni genus eodem die ſibi nociturū firmant Dioſcorides, & Galenus.

7 Animalia † autē prædicta uenenoſa, vnà cum locuſtis fumo, igneque & aliis arte paratis machinis fugari facilè poſſunt. Et cauti ſint Principes claſſium nè locuſtæ tranſitum, ſeu, vt vulgò dicitur, uargum facientes ſe ponant ſuper nauibus ſuis, vt ſępe contingere ſolet apud Inſulam Cyprum, quoniam poſſent aliquæ naues inopinatè mergi maximæ quātitatis pondere locuſtarum; quarum malignitàs copioſa nocet valdè ſegetibus, & ſterilitatem afferri hominibus. Dominus afflixit ſuperbum & blaſphemum Pharaonem locuſtarum flagello; & corde induratum Pharaonem ipſum perdidit in mare.

8 Locuſtas † Marchiam Anchonitanam affligentes deſtruxit ſententia excommunicationis Catholici Prælati: proderit & ad diſſipandum locuſtas porcorū multitudo, quæ illas deuorauit, ut glandes, vt in Marchia Anchonitana

con-

contingit. Marchia Anchonitana ſpectat ad Romanum Pontificem in ſpiritualibus & temporalibus, vt firmat Ioãnes Vigeſimus ſecundus in extrauagante, incipiente dierum excreſcente malitia. & hodie Romana Eccleſia exercet oĩmodam iuriſdõnem in ipſa Marchia Anchonitana.

9 Et † quia in mari ſunt animalia monſtruoſa multa, quæ ualde abhorret humana natura: propterea prudentes eſſe debent nauigantes nè ipſis, & à cœtis decipiantur, fortè credentes cœtas eſſe Inſulas maritimas & nemoroſas, & ibi fore tutam ſtationem ſcopulorum, vel terræ firmæ: quoniam poſſet contingere eſſe cœtum male fidum carinis; quod in vaſtum pelagus intraret, & ad ipſius profunditatem iret non modica facta apertura fluctuum & aquæ, cum magno ipſorum fluctuũ motu, & incauti ſubmergentur p̃ponentes ignauiã celeritati hoſtem acerrimam virtutis illicò non inciſis funibus, & ſaltu veloci ſubitò non intratis nauibus, & illis à longe non impulſis remigio celeri & forti, ne in cauam caderent motus fluctuum & aquarum, vbi ſubmergi facilè poſſent, vt olim Regi Syriæ Saphet contingit, qui ſuorum inertia periit ob cœtæ motum in aquã intrantis pelagi; Saphet autem cum ſtationem feciſſet nauibus ſuis ligatis circum circa Cętum piſcem maximum, qui videbatur Inſula nemoroſa cum arbuſculis, vbi cum ſuis de nocte ſtetit, & poſt ueniente die, dum ignes ſparſim feciſſent Syri ſuper dorſo cœti, quod ſentiens calorem intrauit mare, hoc Syris inopinantibus, & naues obrutæ remãſerunt in vaſtum pelagus ob fluctus & motũ aquarum.

10 Et † ſi contingerit hoſtium naues uentorum impulſu ad inſulam applicari, vbi fidelium reſideat claſſis, & pro roſtris habeant remos, tunc more terreſtris belli facta ala in formã forficis, ſeu lunæ bicornis, omni ſuorum colloca to robore, aggredientur hoſtes illos, reſtringendo in medio claſsis reductos, & ita facilis victoria ſequetur, gratia Dei, cuius ſuffragium eſt implorandum in cunctis, ut in prętęritum contingit Venetis, & Ianuenſibus, inter quos olim pro honore & virtute fuit odium inteſtinum & diuturnum.

Marte variè pugnatum pluries in mari, ob Ptolomaidam vrbem conſtructam in Syria, quę modò Achron, ſeu Achſe dicitur, & Syria nuncupatur Phœnicia.

11 Et † ſi contingerit hoſtes applicuiſſe Inſulam quandam vbi feſſi dormirent incauti, vel ociosè vagarent, aut mora rentur futura mala inopinantes, & ſtatio quam tenerent exitum non haberet, idem fiat ſi pars hoſtium ſit in aqua cũ nauib. ſuis. Et ſi in terra maior pars hoſtium fuerit collocata aggredientur hoſtiles naues hominum ſuorum carentes præſidio in terra manentium, iacto in ipſas incendiario igne, ſi aliter capi tutò non potuerint, & illis concrematis capiatur Inſula longe ab hoſtibus caſum fortaſsè ignorantib. ob inſularum Promontoria, & ſic prodeſt habere ſcientiam locorum ubi nauigatur, & hoſtes degũt, & militum globus fiat incontinenti fortisſimus more terreſtris belli, Deum in mentem ſemper habendo, & pro eo pugnãdo hoſtibus aggresſis à pluribus partibus ex improuiſo, & facilis erit ſuorum victoria, in nauibus primò caute relicto competenti militum numero ad res ſubditas. Optimum nempè eſt in re militari habere doctos, prudentes, expertos & cautos Duces, & Conſiliarios, Agamemnõnis, & Vlysſis exemplo, vt conſilio ſano claſsis vbique ducatur, & ut pro itinere & pro bello conſilientur aſsiduò.

12 Quæro † de Inſulis Italiæ an ſint partes ipſius Italiæ, & cuiuslibet Prouincię. Dic, q; ſic, per textum in l. Inſulæ, ff. de Iudici. &

13. Quid † ſit Inſula quæritur. Dic locum eſſe circundatum aqua, & pro domo quandoq; accipitur & ponitur in aqua poſita, vt ſunt domus & palatia quędam Inclytę Ciuitatis Venetiarum, & quandoque pro domo in ſolo ædificata, & circundata via, l. ſi Inſula, & per Alexandrum Tartagnũ de Imol. ibi, ff. de verb. ſignific. cum glo. ibidem, & in l. 3. §. effracturę, ff. de offic. Præfecti uigilum, & Inſtit. de rerum diuiſio. §. Inſula, cum glo. ibi in verbo Inſula.

14 Quęritur † interpolatè. ſi de rebus ſit ſoluenda Gabella necẽſſariis ad refectionem &, ſeu ad fabricationęm do

mus. Dic quòd ſic, cum non reperiantur ſpecialiter exceptę per glo. in l. vniuerſi, C. de uectigalibus & commiſsis eorum.

15 In † propoſita Inſularum materia ſequendo quęritur cuius ſit Inſula in mari nata omnibus communiſsima. Dic effici primo occupantis, vt olim fuit de Inſula Riuialti Almæ vrbis Venetiarum auctæ pacis & concordię ſuæ, vnione & virtute, quod ita nō proceditur de Inſula nata in fluminibus, ꝑut ꝓceditur de Inſula nata in mari, quia Inſula nata in mari fit occupantis, ſed nata in flumine fit dominorum quorum prędiis adheret, l. 1. §. ſi Inſula, ff. de fluminibus, & in l. Inſul., ff. de rerum diuiſio. & Inſti. eod. §. Inſula.

16 Niſi † agri illi exiſtētes iuxta flumē eſſent agri limitati, qui non recipiunt augumentum, nec etiam per aluuionem, aut alio modo, vt in dicto §. ſi inſula, & in l. agris, ff. de rerum diuiſione.

17 Et † agri limitati dicuntur quando ſunt asſignati ab Imperatore militibus ſuis pro benemeritis, ut firmat gloſa in d. l. Agris, quę aliter dicit in d. §. Inſula, in principio de fluminibus, uidelicet, quòd dicuntur agri limitati quando impoſita eſt lex, ꝙ nullum recipiant incrementum, neque per aluuionem, uel alio modo, & per Alexandrum de Imola in l. 1. col. 21. ff. de acquirenda uel omittenda poſſesſione. Et prædictis accedunt, §. præterea, & §. inſula, cum ſequenti lege, & per Doctores ibi, & per Bartholum in Tractatu Tyberiadis, & de inſula, & de fluminibus, & de aluuione &c. Laus Deo.

F I N I S.

Series cartharum.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt.

[illegible]

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 58
Tel. 899.223
R 1971